ΕΥΚΛΕΙΔΟΥ

ΤΩΝ ΠΕΝΤΕ ΚΑΙ ΔΕΚΑ ΣΤΟΙ-
ΧΕΙΩΝ, ΕΚ ΤΩΝ ΤΟΥ ΘΕΩΝΟΣ
συνουσιῶν τὸ πρῶτον.

EVCLIDIS QVINDE-
cim Elementorum Geometriæ
primum: ex Theonis Commen-
tarijs Græcè, & Latinè.

Cui accesserunt
Scholia, in quibus quæ
ad percipienda Geometriæ Ele-
*menta spectant, breuiter & dilucidè ex-
plicantur, authore Cunrado Da-
sypodio, Scholæ Argenti-
nensis professore.*

*ARGENTORATI EXCV-
debat Christianus Mylius,*

M. D. LXIIII.

CVNRADVS DASYPODIVS LECTORI S. D.

ANNIS viginti ſex noſtri Gymnaſij cõſuetudo fuit: vt qui ex claſsibus ad publicas lectiones promouentur, primum audiant Euclidis librum: quò præcepta τῆς ἀποδείξεως exercere, & ad vſum aliquem accommodare poſsint: ſiquidem nemo facilius vim, & efficatiam eorum, quæ in libro de demonſtratione explicantur: aut etiam ab ipſo Ariſtotele in ſuo organo traduntur, intelliget: quàm qui in puluerem deſcenderit Geometricũ. Idcirco in noſtra ſchola prudẽter hoc eſt inſtitutum: vt poſt linguarum & artiũ cognitionem, in diſciplinis Mathematicis adoleſcentes exerceantur: præſertim verò hoc probandum, & laudandum, quod in ipſo diſciplinarũ veſtibulo, cognitionem rerum Geometricarum ſibi comparent, & in iis quæ certiſsimis nituntur rationibus, ſua exacuant ingenia: vt aſſueſcant eò facilius naturæ & cæterarum artium, atq; diſciplinarum abſtruſiora comprehendere. Nam & Pythagoricorũ hoc quoq; fuit σχῆμα, καὶ βῆμα: quo dicto volebant ſignificare, pueros eſſe quàm primum deducendos ad Geometriæ cognitionem, & ita gradatim per mathematicas diſciplinas ad altiora aſcendendum. ſicuti & Plato neminem aptum & idoneum iudicauit ad percipienda Philoſophiæ præcepta; niſi inſtructus eſſet rebus Geometricis, cum diceret: οὐδεὶς ἀγεωμέτρητος εἰσείτω. Itaq; cum hanc ſtudiorum rationem omnibus eruditis, etiam antiquiſſimis Philoſophis probari viderem, tanquam ſtudioſis adoleſcentibus vtilem, & valdè neceſſariam: fui & ego quoq; noſtro Typographo author, & ſuaſor, vt cum nulla amplius extarent

exem-

exemplaria, hunc libellum imprimeret: ne bona, & fructuoſa scholę noſtrę conſtitutio intercideret. quoniam verò pleroſq; audiebam de difficultate demonſtrationum Geometricarũ ſolere conqueri, meis quibuſcunq; illuſtrare volui ſcholijs. Idq; eo feci conſilio, nõ vt egregij & magni quid cogitarem edere. Sciebam enim rem eſſe paruam, neq; vllius ingenij aut induſtriæ ex Proclo, aut alijs decerpere ea quæ propriè ad hanc tractationẽ pertinent: ſed vt in aſſequendis hiſce diſciplinis, bonos adoleſcentes Geometrię imperitos aliquantulum mea iuuarem opera. Nam Geometrię elementa nuda, atq; ſterilia vidẽtur, & prima fronte nullum peculiarẽ præ ſe ferunt fructum: ſed ſi aditus ad ea percipienda præparetur, aut ſi quis diligentius conſideret, & intueatur ipſam οἰκονομίαν τῶν γεωμετρικῶν λόγων: atq; perpendat exactius ipſam πορείαν, καὶ συνέχειαν τῶν προτάσεων, cæteraq; omnia, quæ Geometria tractat, ad amussim examinet: tum abundè se ostendunt vtilitates in res humanas sese diffundentes: quas hoc loco enumerare prolixũ esset. Quantum igitur in me fuit, simplici & aperto sermonis genere, latinis verbis Græca interpretor: deinde breuibus scholiis, non nisi conor ea explicare, quæ difficiliora sunt: neq; omnia, sed præcipua tantum, & maximè necessaria, propediem certè plura, auxiliãte Deo Opt. Max. sum editurus, cùm in hunc, tum in alios Euclidis libros. Inter cætera verò etiam explicabo secundum Euclidis librum, qui de potentia lineæ rectæ demonstrationes habet Geometricas. Quia verò τομὴ, καὶ διαίρεσις commune est σύμπτωμα linearum, corporum, & numerorum: idcirco statui demonstrationes illarum ipsarum secundi libri propositionum addere, petitas ex Arithmeticæ & Stereometriæ princi-

principiis. Imò ſi commodè fieri poterit, publicabo etiam ὀνομαστικὸν γεωμετρικόν: in quo explicabuntur vocabula huius ſcientiæ propria; quo ſtudioſi poſsint terminos, vt vocant, artis intelligere, & ſenſum verborum aſſequi. Erit ſanè dictionarium hoc, omnibus Philoſophiæ ſtudioſis vtiliſsimũ, & valdè iucundum. Sunt nonulla penes me, quæ cum confidam doctis viris grata & accepta fore, aliquando etiam in lucē emittam.

Calendis Aprilis,
Anno 1564.

ΕΥΚΛΕΙΔΟΥ ΣΤΟΙΧΕΙΟΝ ΠΡΩΤΟΝ, ΕΚ ΤΩΝ τοῦ Θέωνος συνουσιῶν.

ΟΡΟΙ.

ΣΗΜΕΙΟΝ ἐστιν, οὗ μέρος οὐθέν.

Γραμμὴ δέ, μῆκος ἀπλατές.

Γραμμῆς δὲ πέρατα σημεῖα.

Εὐθεῖα γραμμή ἐστιν, ἥτις ἐξ ἴσου τοῖς ἐφ' ἑαυτῆς σημείοις κεῖται.

Ἐπιφάνεια δέ ἐστιν, ὃ μῆκος καὶ πλάτος μόνον ἔχει.

Ἐπιφανείας δὲ πέρατα, γραμμαί.

Ἐπίπεδος ἐπιφάνειά ἐστιν, ἥτις ἐξ ἴσου ταῖς ἐφ' ἑαυτῆς εὐθείαις κεῖται.

Ἐπίπεδος δὲ γωνία ἐστίν, ἡ ἐν ἐπιπέδῳ δύο γραμμῶν ἁπτομένων ἀλλήλων, καὶ μὴ ἐπ' εὐθείας κειμένων, πρὸς ἀλλήλας τῶν γραμμῶν κλίσις.

Ὅταν δὲ αἱ περιέχουσαι τὴν γωνίαν γραμμαὶ εὐθεῖαι ὦσιν, εὐθύγραμμος καλεῖται ἡ γωνία.



Ὅταν δὲ εὐθεῖα ἐπ' εὐθεῖαν σταθεῖσα, τὰς ἐφεξῆς γωνίας ἴσας ἀλλήλαις ποιῇ, ὀρθή ἐστιν ἑκατέρα τῶν ἴσων γωνιῶν. Καὶ ἡ ἐφεστηκυῖα εὐθεῖα κάθετος καλεῖται, ἐφ' ἣν ἐφέστηκεν.

Ἀμβλεῖα

EVCLIDIS ELEMENTVM primum ex Theonis Commentarijs.

Definitiones.

PVnctum est, quod partem non habet.

Linea est, longitudo absque latitudine.

Termini lineæ sunt puncta.

Linea recta est, quæ ex æquo posita est inter sua puncta.

Superficies est, quæ longitudinem & latitudinem tantum habet.

Termini superficiei sunt lineæ.

Plana superficies est, quæ ex æquo posita est inter suas lineas rectas.

Angulus planus est, duarũ linearũ sese in plano tangentiũ, & nõ ex aduerso positarum mutua inclinatio.

Rectilineum vocamus angulum, quem lineæ rectæ continent.

Cum recta super rectam stans, angulos vicinos inter se fecerit æquales: rectus est vterque æqualium illorum angulorum.

Recta verò linea angulos illos æquales faciens: perpendicularis dicitur ad eam lineam, super qua consistit.

B

Ἀμβλεῖα γωνία ἐστὶν, ἡ μείζων ὀρθῆς.



Ὀξεῖα δὲ ἡ ἐλάσσων ὀρθῆς.



Ὅρος ἐστὶν, ὅ τινός ἐστι πέρας.

Σχῆμα ἐστὶ, τὸ ὑπό τινος, ἤ τινων ὅρων περιεχόμενον.

Κύκλος ἐστὶ, σχῆμα ἐπίπεδον, ὑπὸ μιᾶς γραμμῆς περιεχόμενον, ἣ καλεῖται περιφέρεια, πρὸς ἣν ἀφ᾽ ἑνὸς σημείου τῶν ἐντὸς τοῦ σχήματος κειμένων, πᾶσαι αἱ προσπίπτουσαι εὐθεῖαι, ἴσαι ἀλλήλαις εἰσί.

Κέντρον δὲ, τοῦ κύκλου τὸ σημεῖον καλεῖται.

Διάμετρος δὲ τοῦ κύκλου ἐστὶν, εὐθεῖά τις διὰ τοῦ κέντρου ἠγμένη, καὶ περατουμένη ἐφ᾽ ἑκάτερα τὰ μέρη ὑπὸ τῆς τοῦ κύκλου περιφερείας, ἥτις, καὶ δίχα τέμνει τὸν κύκλον.



Ἡμικύκλιον δέ ἐστι, τὸ περιεχόμενον σχῆμα ὑπό τε τῆς διαμέτρου, καὶ τῆς ἀπολαμβανομένης ὑπ᾽ αὐτῆς τῆς τοῦ κύκλου περιφερείας.



Τμῆμα κύκλου ἐστὶ, τὸ περιεχόμενον ὑπό τε εὐθείας, καὶ κύκλου περιφερείας.



Εὐθύγραμμα σχήματά ἐστι, τὰ ὑπὸ εὐθειῶν περιεχόμενα.

Τρίπλευ

Obtusius angulus est, qui recto est maior.

Acutus verò, qui recto est minor.

Terminus est, quod alicuius finis est.

Figura est, quæ termino aliquo, aut aliquibus terminis continetur.

Circulus est figura plana, vna linea contenta, quam vocamus circumferentiam: ad quam ab vno aliquo ex punctis, quæ intra ipsam sunt, omnes lineæ rectæ procidentes, inter se sunt æquales.

Centrum verò circuli, vocatur hoc in circulo medium.

Dimetiens circuli est, recta quædam linea, per Centrum circuli ducta, vtrinq; ad circumferentiam circuli desinens: ipsumq; circulum in duas partes æquales diuidens.

Semicirculus est figura, quam dimetiens circuli, & intercepta à dimetiente circumferentia continet.

Segmentum circuli est, figura, quam linea recta, & circuli circumferentia continet.

Rectilineæ figuræ sunt, quas rectæ lineæ ambiunt.



Τρίπλευρα μὲν τὰ ὑπὸ τριῶν.

Τετράπλευρα δὲ τὰ ὑπὸ τεσσάρων.

Πολύπλευρα δὲ, τὰ ὑπὸ πλειόνων, ἢ τεσσάρων εὐθειῶν περιεχόμενα.

Τῶν δὲ τριπλεύρων σχημάτων, Ἰσόπλευρον μὲν τρίγωνον ἐστι, τὸ τρεῖς ἴσας ἔχον πλευράς.

Ἰσοσκελὲς δὲ, τὸ τὰς δύο μόνας ἴσας ἔχον πλευράς.

Σκαληνὸν δὲ, τὸ τὰς τρεῖς ἀνίσας ἔχον πλευράς.

Ἔτι τε τῶν πλεύρων σχημάτων, Ὀρθογώνιον μὲν τρίγωνον ἐστι, τὸ ἔχον μίαν ὀρθὴν γωνίαν.

Ἀμβλυγώνιον δὲ, τὸ μίαν ἔχον ἀμβλεῖαν γωνίαν.

Ὀξυγώνιον δὲ, τὸ τρεῖς ὀξείας ἔχον γωνίας.

Τῶν δὲ τετραπλεύρων σχημάτων, τετράγωνον μέν ἐστιν, ὃ ἰσόπλευρόν τε ἐστι, καὶ ὀρθογώνιον.

Ἑτερόμηκες δὲ, ὃ ὀρθογώνιον μὲν, οὐκ ἰσόπλευρον δέ.

Ῥόμβος δὲ, ὃ ἰσόπλευρον μὲν, οὐκ ὀρθογώνιον δέ.

Ῥομβοειδὲς δὲ, τὸ τὰς ἀπεναντίον πλευράς τε καὶ γωνίας, ἴσας ἀλλήλαις ἔχον, ὃ οὔτε ἰσόπλευρόν ἐστιν, οὔτε ὀρθογώνιον.

Τὰ

Trilateræ quidem, quas ambiunt tres rectæ.

Quadrilateræ verò, quas plures, quàm quatuor rectæ ambiunt.

Ex trilateris autẽ figuris. Triangulus æquilaterus est, qui tria habet æqualia latera.

Æquicrurus, qui duo tantum habet æqualia latera.

Scalenus triangulus, qui tria habet inæqualia latera.

Item ex trilateris figuris, triangulus rectangulus est: qui angulum habet rectum.

Amblygonius, qui angulũ habet obtusum.

Oxygonius qui angulos tres acutos habet.

Ex quadrilateris figuris, quadratũ est, quod æquilaterum est, & rectangulum.

Quadrangulum oblõgum, quod rectangulum quidem est, sed non æquilaterum.

Rhombus, quod æquilaterum quidem est, sed non rectangulum.

Rhomboides, quod latera è regione posita habet æqualia, ac etiam angulos: non tamen est æquilaterum, neq; rectangulum.

Τὰ δὲ παρὰ ταῦτα τετράπλευρα, Τραπέζια καλείσθω.

Παράλληλοί εἰσιν εὐθεῖαι, αἵ τινες ἐν τῷ αὐτῷ ἐπιπέδῳ οὖσαι, καὶ ἐκβαλλόμεναι ἐπ' ἄπειρον ἐφ' ἑκάτερα τὰ μέρη, ἐπὶ μηδέτερα συμπίπτουσιν ἀλλήλαις.



ΑΙΤΗΜΑΤΑ.

Η ΤΗΣΘΩ, ἀπὸ παντὸς σημείου ἐπὶ πᾶν σημεῖον, εὐθεῖαν γραμμὴν ἀγαγεῖν.

Καὶ πεπερασμένην εὐθεῖαν, κατὰ τὸ συνεχὲς ἐπ' εὐθείας ἐκβάλλειν.

Καὶ παντὶ κέντρῳ, καὶ διαστήματι, κύκλον γράφεσθαι.

ΚΟΙΝΑΙ ΕΝΝΟΙΑΙ.

ΤΑ τῷ αὐτῷ ἴσα, καὶ ἀλλήλοις ἐστὶν ἴσα.

Καὶ ἐὰν ἴσοις ἴσα προστεθῇ, τὰ ὅλα ἐστὶν ἴσα.

Καὶ ἐὰν ἀπὸ ἴσων ἴσα ἀφαιρεθῇ, τὰ καταλειπόμενά ἐστιν ἴσα.

Καὶ ἐὰν ἀνίσοις ἴσα προστεθῇ, τὰ ὅλα ἐστὶν ἄνισα.

Καὶ ἐὰν ἀπὸ ἀνίσων ἴσα ἀφαιρεθῇ, τὰ λοιπά ἐστιν ἄνισα.

Καὶ

Omnes reliquæ præter has quadrilateræ figuræ, Trapezia vocentur.

Æquedistantes rectæ lineæ sunt, quæ in eodē plano sitæ: & in infinitum ex vtraq; parte extensæ: in neutra tamen concurrunt.

POSTVLATA.

Petatur. A quouis puncto, ad quoduis punctum rectam lineam describere.

Item, lineam rectam finitam, in infinitum vsq; extendere.

Item, quouis centro, & interuallo describere circulum.

COMMVNES NOTIONES, seu sententiæ.

Quæ eidem sunt æqualia, illa inter se sunt æqualia.

Si æqualibus æqualia fuerint adiecta, etiam tota sunt æqualia.

Si ab æqualibus æqualia fuerint ablata, etiā quæ relinquuntur, sunt æqualia.

Si inæqualibus æqualia fuerint adiecta: etiā tota sunt inæqualia.

Si ab inæqualibus æqualia fuerint sublata: quæ relinquuntur sunt inæqualia.

Καὶ τὰ τοῦ αὐτοῦ διπλάσια, ἴσα ἀλλήλοις ἐστί.

Καὶ τὰ τοῦ αὐτοῦ ἡμίση, ἴσα ἀλλήλοις ἐστί.

Καὶ τὰ ἐφαρμόζοντα ἐπ' ἄλληλα, ἴσα ἀλλήλοις ἐστί.

Καὶ τὸ ὅλον τοῦ μέρους μεῖζον ἐστί.

Καὶ πᾶσαι αἱ ὀρθαὶ γωνίαι, ἴσαι ἀλλήλαις εἰσί.

Καὶ ἐὰν εἰς δύο εὐθείας, εὐθεῖα ἐμπίπτουσα, τὰς ἐντὸς, καὶ ἐπὶ τὰ αὐτὰ μέρη γωνίας, δύω ὀρθῶν ἐλάσσονας ποιῇ, ἐκβαλλόμεναι αἱ δύο αὗται εὐθεῖαι ἐπ' ἄπειρον, συμπεσοῦνται ἀλλήλαις, ἐφ' ἃ μέρη εἰσὶν αἱ τῶν δύο ὀρθῶν ἐλάσσονες γωνίαι.

Καὶ δύο εὐθεῖαι, χωρίον οὐ περιέχουσιν.

Qua

Quæ sunt eiusdem dupla, inter se sunt æqualia.

Quæ eiusdem sunt dimidia, inter se sunt æqualia.

Quæ applicata inter se conueniunt, sunt æqualia.

Totum est maius sua parte.

Omnes recti anguli inter se sunt æquales.

Cum in duas rectas, recta incidens linea, duos internos ex vna parte angulos, duobus rectis facit minores: productæ istæ duæ lineæ rectæ in infinitum, ex ea parte concurrent, vbi sunt illi duo anguli duobus rectis minores.

Duæ lineæ rectæ figuram non faciunt.

Πρότασις α. πρόβλημα.

ΕΠΙ ΤΗΣ δοθείσης εὐθείας πεπερασμένης, τρίγωνον ἰσόπλευρον συστήσασθαι.

Ἔκθεσις.) Ἔστω ἡ δοθεῖσα πεπερασμένη, ἡ αβ. (Διορισμός.) Δεῖ δὴ ἐπὶ τῆς αβ εὐθείας, τρίγωνον ἰσόπλευρον συστήσασθαι. (Κατασκευή.) Κέντρῳ μὲν τῷ α, διαστήματι δὲ, τῷ αβ, κύκλος γεγράφθω, ὁ βγε. καὶ πάλιν κέντρῳ μὲν τῷ β, διαστήματι δὲ τῷ βα, κύκλος γεγράφθω, ὁ αγδ, καὶ ἀπὸ τοῦ γ σημείου, καθ' ὃ τέμνουσιν ἀλλήλους οἱ κύκλοι, ἐπὶ τὰ α, β, σημεῖα, ἐπεζεύχθωσαν εὐθεῖαι, αἱ γα, γβ.



(Ἀπόδειξις.) Ἐπεὶ οὖν τὸ α σημεῖον, κέντρον ἐστὶ τοῦ γεβ κύκλου· ἴση ἐστὶν ἡ αγ τῇ αβ, πάλιν ἐπεὶ τὸ β σημεῖον, κέντρον ἐστὶ, τοῦ γαδ κύκλου, ἴση ἐστὶν ἡ βγ, τῇ βα. ἐδείχθη δὲ καὶ ἡ γα, τῇ αβ ἴση. ἑκατέρα ἄρα τῶν γα, γβ, τῇ αβ ἐστὶν ἴση. τὰ δὲ τῷ αὐτῷ ἴσα, καὶ ἀλλήλοις ἐστὶν ἴσα, καὶ ἡ γα ἄρα τῇ γβ ἐστὶν ἴση. αἱ τρεῖς ἄρα αἱ γα,

Propositio prima. problema.

SVper data linea recta finita, triangulum æquilaterum constituere.

Explicatio dati.) Sit data linea recta finita αβ. (Explicatio quæsiti.) Oportet super linea recta αβ, triangulum æquilaterum constituere. (Delineatio.) Centro α, interuallo αβ, describatur circulus βγε. Item centro β, interuallo βα, describatur circulus αγδ. Ducantur deniq; lineæ rectæ αγ, γβ, (Demonstratio.) Quoniam punctum α, est centrum circuli γεβ: idcirco recta αγ, est æqualis rectæ αβ. rursusquoniam punctum β, est centrum circuli γαδ: idcirco recta βγ, æqualis est rectæ βα. Verum demonstratum est, quod recta γα, etiam æqualis sit rectæ αβ. Ergo vtraq; rectarum γα, γβ, est æqualis rectæ αβ. Quæ verò eidem sunt æqualia, illa etiam inter se sunt æqualia. Ergo γα recta, etiam æqualis est rectæ γβ. Tres igitur lineæ rectæ γα, αβ, βγ, sunt inter γα, αβ, βγ ἴσαι ἀλλήλαις εἰσίν. (Συμπέρασμα.) Ἰσόπλευρον ἄρα ἐστὶ τὸ αβγ τρίγωνον, καὶ συνέσταται ἐπὶ τῆς δοθείσης εὐθείας πεπερασμένης τῆς αβ. ὅπερ ἔδει ποιῆσαι.

Πρότασις β. πρόβλημα.

Πρὸς τῷ δοθέντι σημείῳ, τῇ δοθείσῃ εὐθείᾳ, ἴσην εὐθεῖαν θέσθαι.

Ἔκθεσις.) Ἔστω τὸ μὲν δοθὲν σημεῖον τὸ α, ἡ δὲ δοθεῖσα εὐθεῖα ἡ βγ. (Διορισμός.) Δεῖ δὴ πρὸς τῷ α σημείῳ, τῇ βγ εὐθείᾳ, ἴσην εὐθεῖαν θέσθαι. (Κατασκευή.) Ἐπεζεύχθω γὰρ ἀπὸ τοῦ α σημείου, ἐπὶ τὸ β σημεῖον, εὐθεῖα ἡ αβ, καὶ συνεστάτω ἐπ' αὐτῆς τρίγωνον ἰσόπλευρον, τὸ δαβ. καὶ ἐκβεβλήσθωσαν ἐπ' εὐθείας ταῖς δα, δβ, εὐθεῖαι, αἱ αε, βζ, καὶ κέντρῳ μὲν τῷ β, διαστήματι δὲ τῷ βγ, κύκλος γεγράφθω ὁ γηθ. καὶ πάλιν κέντρῳ μὲν τῷ δ, διαστήματι δὲ τῷ δη, κύκλος γεγράφθω ὁ ηκλ. (Ἀπόδειξις.)



ter se æquales. (Conclusio.) Triangulus itaq; $\alpha\beta\gamma$, est æquilaterus: & consistit super data linea recta finita $\alpha\beta$. Quod faciendum erat.

Propositio secunda. Problema.

AD punctum datum, lineæ rectæ datæ, æqualem lineam rectam ponere.

Explicatio dati.) Sit punctum datum α, & data recta linea $\beta\gamma$. (Explicatio quæsiti) Ad punctum datum α, datæ lineæ rectæ $\beta\gamma$, ponenda est recta linea æqualis. (Delineatio.) Ab α puncto, ad punctum β, ducatur linea recta $\alpha\beta$, & super linea $\alpha\beta$ statuatur triangulus æquilaterus $\alpha\delta\beta$. Extendantur etiam lineæ rectæ $\delta\alpha$, $\delta\beta$ versus puncta ε, ζ & fiant rectæ $\alpha\varepsilon$, $\beta\zeta$. Centro quoq; β, interuallo $\beta\gamma$, describatur circulus $\gamma\eta\theta$. Item Centro δ, interuallo $\delta\eta$, describatur circulus $\eta\kappa\lambda$ (secans lineā rectā $\delta\zeta$, in puncto η.) Demon-

ξις.) Ἐπεὶ οὖν τὸ β σημεῖον κέντρον ἐστὶ τοῦ γηθ κύκλου, ἴση ἐστὶν ἡ βγ, τῇ βη. καὶ πάλιν, ἐπεὶ τὸ δ σημεῖον, κέντρον ἐστὶ τοῦ ηκλ κύκλου, ἴση ἐστὶν ἡ δλ, τῇ δη, ὧν ἡ δα, τῇ δβ ἴση ἐστί. λοιπὴ ἄρα ἡ αλ, λοιπῇ τῇ βη ἐστὶν ἴση. ἐδείχθη δὲ καὶ ἡ βγ, τῇ βη ἴση. ἑκατέρα ἄρα τῶν αλ, βγ, τῇ βη ἐστὶν ἴση. τὰ δὲ τῷ αὐτῷ ἴσα, καὶ ἀλλήλοις ἐστὶν ἴσα. καὶ ἡ αλ ἄρα, τῇ βγ, ἐστὶν ἴση. (Συμπέρασμα.) Πρὸς ἄρα τῷ δοθέντι σημείῳ τῷ α, τῇ δοθείσῃ εὐθείᾳ τῇ βγ, ἴση εὐθεῖα κεῖται ἡ αλ. ὅπερ ἔδει ποιῆσαι.

Πρότασις γ. πρόβλημα.

Δύο δοθεισῶν εὐθειῶν ἀνίσων, ἀπὸ τῆς μείζονος, τῇ ἐλάσσονι ἴσην εὐθεῖαν ἀφελεῖν.



Ἔκθεσις.) Ἔστωσαν αἱ δοθεῖσαι δύο εὐθεῖαι ἄνισοι αἱ αβ, γ, ὧν μείζων ἔστω ἡ αβ. (Διορισμός.) Δεῖ δὴ ἀπὸ τῆς μείζονος τῆς αβ, τῇ ἐλάσσονι τῇ γ, ἴσην εὐθεῖαν ἀφελεῖν. (Κατασκευή.) Κεί-

σθω

Demonstratio.) *Quoniam punctum β est centrum circuli γηθ: idcirco recta βγ, est æqualis rectæ βη. Item quoniam punctum δ, est centrum circuli ηκλ: igitur recta δλ est æqualis rectæ δη, ex quibus δα fuit æqualis rectæ δβ. reliqua igitur αλ, reliquæ βη est æqualis. Vtraq; idcirco rectarum αλ, βγ, est æqualis rectæ βη. quæ verò eidem sunt æqualia, illa etiã inter se sunt æqualia. quare recta αλ, etiam erit æqualis rectæ βγ. (Conclusio.) Ad datum igitur punctum α, datæ lineæ rectæ βγ: æqualis posita est recta linea αλ, quod faciendum erat.*

Propositio tertia. Problema.

DVabus rectis inæqualibus datis: ex maiore minori æqualem rectã lineam auferre.

Explicatio dati.) *Sit data linea recta maior αβ, minor verò γ. (Explicatio quæsiti.) Ex maiore linea αβ, tollenda est recta æqualis lineæ γ. (Delineatio.) Ponatur* κείσθω πρὸς τῷ α σημείῳ, τῇ γ εὐθείᾳ, ἴση ἡ αδ, καὶ κέντρῳ μὲν τῷ α, διαστήματι δὲ τῷ αδ κύκλος γεγράφθω ὁ δεζ. (Ἀπόδειξις) Καὶ ἐπεὶ τὸ α σημεῖον, κέντρον ἐστὶ τοῦ δεζ κύκλου, ἴση ἐστὶν ἡ αε, τῇ αδ. ἀλλὰ καὶ ἡ γ, τῇ αδ ἐστὶν ἴση. ἑκατέρα ἄρα τῶν αε, γ, τῇ αδ ἐστὶν ἴση. ὥστε καὶ ἡ αε τῇ γ ἐστὶν ἴση. (Συμπέρασμα.) Δύο ἄρα δοθεισῶν εὐθειῶν ἀνίσων τῶν αβ, γ, ἀπὸ τῆς μείζονος τῆς αβ, τῇ ἐλάσσονι τῇ γ, ἴση ἀφῄρηται ἡ αε. ὅπερ ἔδει ποιῆσαι.

Πρότασις δ. θεώρημα.

Ἐὰν δύο τρίγωνα τὰς δύο πλευρὰς ταῖς δυσὶ πλευραῖς ἴσας ἔχῃ ἑκατέραν ἑκατέρᾳ, καὶ τὴν γωνίαν τῇ γωνίᾳ ἴσην ἔχῃ, τὴν ὑπὸ τῶν ἴσων εὐθειῶν περιεχομένην: καὶ τὴν βάσιν τῇ βάσει ἴσην ἕξει, καὶ τὸ τρίγωνον τῷ τριγώνῳ ἴσον ἔσται, καὶ αἱ λοιπαὶ γωνίαι ταῖς λοιπαῖς γωνίαις ἴσαι ἔσονται, ἑκατέρα ἑκατέρᾳ, ὑφ᾽ ἃς αἱ ἴσαι πλευραὶ ὑποτείνουσιν.

Ἔκθεσις.) Ἔστω δύο τρίγωνα, τὰ αβγ, δεζ, τὰς δύο πλευρὰς τὰς αβ, αγ, ταῖς

δυσὶ

tur ad punctum α, lineæ γ, æqualis recta linea αδ. deinde centro α, interuallo αδ, describatur circulus δεζ (secans rectam αβ, in puncto ε. (Demonstratio.) Quoniã punctum α, centrũ est circuli δεζ. idcirco recta αε, est æqualis rectæ αδ. Verũ recta γ, etiã est æqualis rectæ αδ. Vtraq; igitur rectarũ αε, γ, est æqualis rectæ αδ. Quare αε etiã est æqualis rectæ γ. Duabus igitur rectis datis inæqualibus αβ, γ: ex maiore αβ, ablata est αε, æqualis minori γ. Quod faciendum erat.

Propositio quarta. Theorema.

SI duo trianguli duo latera duobus lateribus habuerint æqualia alterũ alteri: & angulum angulo æqualem, qui ęqualibus rectis lineis continetur: etiam basim basi habebunt æqualem: & triangulus triangulo erit æqualis: & reliqui anguli, reliquis angulis erunt ęquales, alter alteri, quos latera subtẽdũt ęqualia.

Explicatio dati.) Sint duo trianguli αβγ, δεζ, habentes duo latera αβ, αγ æqualia,



δυσὶ πλευραῖς ταῖς δε, δζ, ἴσας ἔχοντα ἑκατέραν ἑκατέρᾳ, τὴν μὲν αβ, τῇ δε, τὴν δὲ αγ, τῇ δζ, καὶ γωνίαν τὴν ὑπὸ βαγ, γωνίᾳ τῇ ὑπὸ εδζ ἴσην. (Διορισμός.) Λέγω ὅτι, καὶ βάσις ἡ βγ, βάσει τῇ εζ ἴση ἐστίν, καὶ τὸ αβγ τρίγωνον τῷ δεζ τριγώνῳ ἴσον ἔσται, καὶ αἱ λοιπαὶ γωνίαι, ταῖς λοιπαῖς γωνίαις ἴσαι ἔσονται ἑκατέρα ἑκατέρᾳ, ὑφ' ἃς αἱ ἴσαι πλευραὶ ὑποτείνουσιν. ἡ μὲν ὑπὸ αβγ, τῇ ὑπὸ δεζ, ἡ δὲ ὑπὸ αγβ, τῇ ὑπὸ δζε. (Ἀπόδειξις.) Ἐφαρμοζομένου γὰρ τοῦ αβγ τριγώνου ἐπὶ τὸ δεζ τρίγωνον, καὶ τιθεμένου τοῦ μὲν α σημείου, ἐπὶ τὸ δ σημεῖον, τῆς δὲ αβ εὐθείας, ἐπὶ τὴν δε, ἐφαρμόσει καὶ τὸ β ἐπὶ τὸ ε. διὰ τὸ ἴσην εἶναι τὴν αβ, τῇ δε. ἐφαρμοσάσης δὲ τῆς αβ ἐπὶ τὴν δε, ἐφαρμόσει καὶ ἡ αγ εὐθεῖα, ἐπὶ τὴν δζ. διὰ τὸ ἴσην εἶναι τὴν ὑπὸ βαγ γωνίαν, τῇ ὑπὸ εδζ. ὥστε καὶ τὸ γ σημεῖον, ἐπὶ τὸ ζ σημεῖον ἐφαρμόσει. διὰ τὸ ἴσην πάλιν εἶναι τὴν αγ, τῇ δζ.

duobus lateribus $\delta\varepsilon$, $\delta\zeta$ alterum alteri: latus $\alpha\beta$, æquale lateri $\delta\varepsilon$: & latus $\alpha\gamma$, æquale lateri $\delta\zeta$: & angulum $\beta\alpha\gamma$, æqualem angulo $\varepsilon\delta\zeta$. (Explicatio quæsiti.) Dico quòd basis $\beta\gamma$, sit æqualis basi $\varepsilon\zeta$: & triangulus $\alpha\beta\gamma$, sit æqualis triangulo $\delta\varepsilon\zeta$, & reliqui anguli, reliquis angulis sint æquales, alter alteri, quos æqualia illa latera subtendunt: angulus etiam $\alpha\beta\gamma$, sit æqualis angulo $\delta\varepsilon\zeta$: angulus deniq; $\alpha\gamma\beta$, sit æqualis angulo $\delta\zeta\varepsilon$. (Demonstratio.) Quando enim triangulus $\alpha\beta\gamma$, applicatur triangulo $\delta\varepsilon\zeta$. Punctum α, ponitur super puncto δ: & recta $\alpha\beta$, applicatur rectæ $\delta\varepsilon$. Cadet etiam punctum β, super puncto ε. quia $\alpha\beta$ est æqualis rectæ $\delta\varepsilon$. Deinde si recta $\alpha\beta$, applicatur rectæ $\delta\varepsilon$: etiam recta $\alpha\gamma$, applicabitur rectæ $\delta\zeta$. quoniam angulus $\beta\alpha\gamma$, proponitur æqualis angulo $\varepsilon\delta\zeta$. quare & punctum γ, applicabitur puncto ζ. cum recta $\alpha\gamma$, æτῇ δζ. ἀλλὰ μὴν καὶ τὸ β, ἐπὶ τὸ ε ἐφηρμόκει. ὥστε βάσις ἡ βγ, ἐπὶ βάσιν τὴν εζ ἐφαρμόσει. εἰ γὰρ τοῦ, μὲν β ἐπὶ τὸ ε ἐφαρμόσαντος, τοῦ δὲ γ ἐπὶ τὸ ζ, ἡ βγ βάσις ἐπὶ τὴν εζ οὐκ ἐφαρμόσει, δύο εὐθεῖαι χωρίον περιέξουσιν, ὅπερ ἀδύνατον. Ἐφαρμόσει ἄρα ἡ βγ βάσις, ἐπὶ τὴν εζ, καὶ ἴση αὐτῇ ἔσται, ὥστε καὶ ὅλον τὸ αβγ τρίγωνον, ἐπὶ ὅλον τὸ δεζ τρίγωνον ἐφαρμόσει, καὶ ἴσον αὐτῷ ἔσται. καὶ αἱ λοιπαὶ γωνίαι, ἐπὶ τὰς λοιπὰς γωνίας ἐφαρμόσουσι, καὶ ἴσαι αὐταῖς ἔσονται, ἡ μὲν ὑπὸ αβγ, τῇ ὑπὸ δεζ, ἡ δὲ ὑπὸ αγβ τῇ ὑπὸ δζε. (Συμπέρασμα.) Ἐὰν ἄρα δύο τρίγωνα τὰς δύο πλευρὰς ταῖς δυσὶν ἴσας ἔχῃ ἑκατέραν ἑκατέρᾳ, καὶ τὴν γωνίαν τῇ γωνίᾳ ἴσην ἔχῃ, τὴν ὑπὸ τῶν ἴσων εὐθειῶν περιεχομένην: καὶ τὴν βάσιν τῇ βάσει ἴσην ἕξει, καὶ τὸ τρίγωνον τῷ τριγώνῳ ἴσον ἔσται: καὶ αἱ λοιπαὶ γωνίαι ταῖς λοιπαῖς γωνίαις ἴσαι ἔσονται ἑκατέρα ἑκατέρᾳ, ὑφ' ἃς αἱ ἴσαι πλευραὶ ὑποτείνουσιν. ὅπερ ἔδει δεῖξαι.

Πρότασις ε. θεώρημα.

Τῶν

qualis sit rectæ $\delta\zeta$. Verum punctum β, applicabatur puncto ε. Basis igitur $\beta\gamma$, basi $\varepsilon\zeta$ applicabitur. Nam si punctum β, applicetur puncto ζ, & basis $\beta\gamma$, non applicetur basi $\varepsilon\zeta$: tum duæ rectæ figuram facient, quod est impoßibile. Basis igitur $\beta\gamma$, basi $\varepsilon\zeta$ applicatur, & est ei æqualis. Vnde & totus triangulus $\alpha\beta\gamma$, toto triangulo $\delta\varepsilon\zeta$ applicabitur, & ei erit æqualis: & reliqui anguli, reliquis angulis applicabuntur, eisq́ erunt æquales: angulus $\alpha\beta\gamma$, angulo $\delta\varepsilon\zeta$: & angulus $\alpha\gamma\beta$, angulo $\delta\zeta\varepsilon$. (Conclusio.) Si igitur duo trianguli, duo latera duobus lateribus habuerint æqualia alterum alteri, & angulum angulo æqualem, qui æqualibus rectis lineis continetur: etiam basin basi habebunt æqualem: & triangulus triangulo erit æqualis: & reliqui anguli, reliquis angulis erunt æquales alter alteri, quos æqualia illa latera subtendunt. quod erat demonstrandum.

Propositio quinta. Theorema.

Τῶν ἰσοσκελῶν τριγώνων, αἱ πρὸς τῇ βάσει γωνίαι ἴσαι ἀλλήλαις εἰσί. καὶ προσεκβληθεισῶν τῶν ἴσων εὐθειῶν, αἱ ὑπὸ τὴν βάσιν γωνίαι, ἴσαι ἀλλήλαις ἔσονται.

Ἔκθεσις.) Ἔστω τρίγωνον ἰσοσκελὲς τὸ αβγ, ἴσην ἔχον τὴν αβ πλευρὰν, τῇ αγ πλευρᾷ. καὶ προσεκβεβλήσθωσαν ἐπ' εὐθείας ταῖς αβ, αγ, εὐθεῖαι αἱ βδ, γε. (Διορισμός.) Λέγω ὅτι ἡ μὲν ὑπὸ αβγ γωνία, τῇ ὑπὸ αγβ ἴση ἐστὶν, ἡ δὲ ὑπὸ γβδ, τῇ ὑπὸ βγε. (Κατασκευή.) Εἰλήφθω γὰρ ἐπὶ τῆς βδ, τυχὸν σημεῖον τὸ ζ, καὶ ἀφῃρήσθω ἀπὸ τῆς μείζονος τῆς αε, τῇ ἐλάττονι τῇ αζ ἴση ἡ αη, καὶ ἐπεζεύχθωσαν αἱ ζγ, ηβ εὐθεῖαι. (Ἀπόδειξις.) Ἐπεὶ οὖν ἴση ἐστὶν ἡ μὲν αζ, τῇ αη, ἡ δὲ αβ, τῇ αγ, δύο δὴ αἱ ζα, αγ, δυσὶ ταῖς ηα, αβ, ἴσαι εἰσὶν ἑκατέρα ἑκατέρᾳ. καὶ γωνίαν κοινὴν περιέχουσι τὴν ὑπὸ ζαη. βάσις ἄρα ἡ ζγ, βάσει τῇ ηβ ἴση ἐστίν. καὶ τὸ αζγ τρίγωνον, τῷ αηβ τριγώνῳ ἴσον ἔσται.



καὶ

TRiangulorum, qui duo æqualia habẽt latera, anguli ad basim sunt æquales. Et productis æqualibus illis rectis, etiam qui sub basi sunt anguli, inter se erunt æquales.

Explicatio dati.) Sit triangulus æquicrurus αβγ, *habens latus* αβ, *æquale lateri* αγ: *& producantur lineæ* αβ, αγ, ἐπ᾽ εὐθείας. *(hoc est, vt continuè extendatur secundum lineam rectam) & fiant rectæ* βδ, γε. *(Explicatio quæsiti) Dico quod angulus* αβγ, *sit æqualis angulo* αγβ. *Et quòd angulus* γβδ, *sit æqualis angulo* βγε. *(Delineatio.) Sumatur in linea* βδ, *punctum quoduis* ζ. *deinde tollatur à maiore linea* αε, *minori* αζ, *æqualis linea recta* αη. *deniq; ducantur rectæ* ζγ, ηβ. *(Demonstratio.) Quoniam recta* αζ, *est æqualis rectæ* αη: *& recta* αβ, *æqualis rectæ* αγ: *duæ igitur rectæ* ζα, αγ, *duobus rectis* ηα, αβ *sunt æquales, altera alteræ: & cõmunem ambiunt* ζαη *angulum. quare basis* ζγ, *basi* ηβ *est æqualis, & triangulus* αζγ, καὶ αἱ λοιπαὶ γωνίαι ταῖς λοιπαῖς γωνίαις ἴσαι ἔσονται ἑκατέρα ἑκατέρᾳ, ὑφ' ἃς αἱ ἴσαι πλευραὶ ὑποτείνουσιν. ἡ μὲν ὑπὸ αγζ, τῇ ὑπὸ αβη, ἡ δὲ ὑπὸ αζγ, τῇ ὑπὸ αηβ. καὶ ἐπεὶ ὅλη ἡ αζ, ὅλῃ τῇ αη ἐστὶν ἴση, ὧν ἡ αβ τῇ αγ ἐστὶν ἴση, λοιπὴ ἄρα ἡ βζ, λοιπῇ τῇ γη ἐστὶν ἴση. ἐδείχθη δὲ καὶ ἡ ζγ, τῇ ηβ ἴση. δύο δὴ αἱ βζ, ζγ, δυσὶ ταῖς γη, ηβ, ἴσαι εἰσίν, ἑκατέρα ἑκατέρᾳ, καὶ γωνία ἡ ὑπὸ βζγ, γωνίᾳ τῇ ὑπὸ γηβ ἐστὶν ἴση, καὶ βάσις αὐτῶν κοινή, ἡ βγ. καὶ τὸ βζγ ἄρα τρίγωνον, τῷ γηβ τριγώνῳ ἴσον ἔσται, καὶ αἱ λοιπαὶ γωνίαι, ταῖς λοιπαῖς γωνίαις ἴσαι ἔσονται ἑκατέρα ἑκατέρᾳ, ὑφ' ἃς αἱ ἴσαι πλευραὶ ὑποτείνουσιν. ἴση ἄρα ἐστίν, ἡ μὲν ὑπὸ ζβγ, τῇ ὑπὸ ηγβ, ἡ δὲ ὑπὸ βγζ, τῇ ὑπὸ γβη. ἐπεὶ οὖν ὅλη ἡ ὑπὸ αβη γωνία, ὅλῃ τῇ ὑπὸ αγζ γωνίᾳ ἐδείχθη ἴση, ὧν ἡ ὑπὸ γβη, τῇ ὑπὸ βγζ ἴση, λοιπὴ ἄρα ἡ ὑπὸ αβγ, λοιπῇ τῇ ὑπὸ αγβ ἐστὶν ἴση. καί εἰσι πρὸς τῇ βάσει, τοῦ αβγ τριγώνου. ἐδείχθη δὲ καὶ ἡ ὑπὸ ζβγ, τῇ ὑπὸ ηγβ ἴση, καί εἰσιν ὑπὸ τὴν βάσιν. (Συμπέρασμα.) Τῶν ἄρα ἰσοσκε-

λῶν

triangulo $\alpha\eta\beta$ æqualis est: reliqui etiam anguli, reliquis angulis æquales sunt, alter alteri, quos æqualia illa latera subtendunt: angulus $\alpha\gamma\zeta$, angulo $\alpha\beta\eta$: & angulus $\alpha\zeta\gamma$, angulo $\alpha\eta\beta$. Cũ verò tota recta $\alpha\zeta$, toti rectæ $\alpha\eta$ sit æqualis, & recta $\alpha\beta$ ablata, sit æqualis rectæ $\alpha\gamma$ ablatæ. idcirco reliqua linea recta $\beta\zeta$, reliquæ rectæ $\gamma\eta$ etiam erit æqualis. Verum recta $\zeta\gamma$ demonstrata est æqualis esse rectæ $\eta\beta$. duæ igitur rectæ $\beta\zeta$, $\zeta\gamma$, duabus rectis $\gamma\eta$, $\eta\beta$ sunt æquales altera alteræ: & angulus $\beta\zeta\gamma$, æqualis est angulo $\gamma\eta\beta$: basis etiam eorum communis est recta $\beta\gamma$: triangulus igitur $\beta\zeta\gamma$, triangulo $\gamma\eta\beta$ etiam erit æqualis: & reliqui anguli, reliquis angulis æquales: quos æqualia illa latera subtendũt. angulus $\zeta\beta\gamma$, æqualis angulo $\eta\gamma\beta$: & angulus $\beta\gamma\zeta$, angulo $\gamma\beta\eta$. Quoniam nunc totus angulus $\alpha\beta\eta$, toto angulo $\alpha\gamma\zeta$ demonstratus est æqualis: quorũ ablatus angulus $\gamma\eta\beta$, ablato angulo $\beta\gamma\zeta$ est æqualis: ergo reliquus $\alpha\beta\gamma$ angulus, reliquo $\alpha\gamma\beta$ angulo est æqualis, & sunt anguli ad basim trianguli $\alpha\beta\gamma$.

λῶν τριγώνων, αἱ πρὸς τῇ βάσει γωνίαι, ἴσαι ἀλλήλαις εἰσί. καὶ προσεκβληθεισῶν τῶν ἴσων εὐθειῶν, αἱ ὑπὸ τὴν βάσιν γωνίαι, ἴσαι ἀλλήλαις ἔσονται. ὅπερ ἔδει δεῖξαι.

Πρότασις ϛ. θεώρημα.

ΕΑν τριγώνου αἱ δύο γωνίαι ἴσαι ἀλλήλαις ὦσι, καὶ αἱ ὑπὸ τὰς ἴσας γωνίας ὑποτείνουσαι πλευραὶ, ἴσαι ἀλλήλαις ἔσονται.



Ἔκθεσις.) Ἔστω τρίγωνον, τὸ αβγ, ἴσην ἔχον τὴν ὑπὸ αβγ γωνίαν, τῇ ὑπὸ αγβ γωνίᾳ. (Διορισμός.) Λέγω ὅτι καὶ πλευρὰ ἡ αβ, πλευρᾷ τῇ αγ ἐστὶν ἴση. (Κατασκευή.) Εἰ γὰρ ἄνισός ἐστιν ἡ αβ, τῇ αγ, ἡ ἑτέρα αὐτῶν μείζων ἐστίν. ἔστω μείζων ἡ αβ, καὶ ἀφῃρήσθω ἀπὸ τῆς μείζονος τῆς αβ, τῇ ἐλάσσονι τῇ αγ, ἴση ἡ δβ. καὶ ἐπεζεύχθω ἡ δγ. (Ἀπόδειξις.) Ἐπεὶ οὖν ἴση ἐστὶν ἡ δβ τῇ αγ, κοινὴ δὲ ἡ βγ: δύο δὴ αἱ δβ, βγ δυσὶ ταῖς αγ, γβ, ἴσαι εἰσὶν, ἑκατέρα ἑκατέρᾳ, καὶ γωνία ἡ ὑ-

πὸ

Angulus verò ζβγ, angulo ηγϐ demonstratus est æqualis esse: & sunt sub basi. (Conclusio.) Triangulorum igitur, qui duo habent æqualia latera, anguli ad basim sunt æquales, & productis æqualibus illis rectis, etiam qui sub basi sunt anguli, inter se erunt æquales. Id quod erat demonstrandum.

Propositio sexta. Theorema.

SI trianguli duo anguli æquales inter se fuerint: etiam latera, quæ æquales illos angulos subtendunt, erũt inter se æqualia.

Explicatio dati.) Sit triangulus αβγ, habens angulum αβγ, æqualem angulo αγβ. Explicatio quæsiti.) Dico quòd latus αβ, est æquale lateri αγ. (Delineatio cum hypothesi.) Si enim recta αϐ, nõ est æqualis rectæ αγ: altera illarum erit maior, sit recta αβ maior. ex recta αβ maiore; lineæ rectæ αγ minori auferatur linea recta βδ æqualis: & ducatur recta δγ. (Demonstratio.) Quoniã latus δβ, æquale est lateri αγ, & cõmune latus ϐγ: duo igitur latera δϐ, βγ, duobus laterib⁹ αγ, γβ πὸ δβγ, γωνίᾳ τῇ ὑπὸ αγβ ἐστὶν ἴση, βάσις ἄρα ἡ δγ, βάσει τῇ αβ ἴση ἐστίν. καὶ τὸ αβγ τρίγωνον, τῷ δγβ τριγώνῳ ἴσον ἔσται. τὸ ἐλάσσονι τὸ μεῖζον. ὅπερ ἄτοπον, οὐκ ἄρα ἄνισός ἐστιν ἡ αβ, τῇ αγ: ἴση ἄρα. (Συμπέρασμα.) Ἐὰν ἄρα τριγώνου αἱ δύο γωνίαι ἴσαι ἀλλήλαις ὦσι, καὶ αἱ ὑπὸ τὰς ἴσας γωνίας ὑποτείνουσαι πλευραί, ἴσαι ἀλλήλαις ἔσονται. ὅπερ ἔδει δεῖξαι.

Πρότασις ζ. θεώρημα.

Ἐπὶ τῆς αὐτῆς εὐθείας δύσι ταῖς αὐταῖς εὐθείαις, ἄλλαι δύο εὐθεῖαι ἴσαι ἑκατέρα ἑκατέρᾳ οὐ συσταθήσονται, πρὸς ἄλλῳ, καὶ ἄλλῳ σημείῳ, ἐπὶ τὰ αὐτὰ μέρη, τὰ αὐτὰ πέρατα ἔχουσαι ταῖς ἐξ ἀρχῆς εὐθείαις.



Ἔκθεσις.) Εἰ γὰρ δυνατόν, ἐπὶ τῆς αὐτῆς εὐθείας τῆς αβ, δύσι ταῖς αὐταῖς εὐθείαις ταῖς αγ, γβ, ἄλλαι δύο εὐθεῖαι, αἱ αδ, δβ, ἴσαι ἑκατέρα ἑκατέρᾳ συνεστάτωσαν, πρὸς ἄλλῳ, καὶ ἄλλῳ σημείῳ *ſunt æqualia alterũ alteri: & angulus δβγ, angulo αγβ eſt æqualis. Baſis igitur δγ, baſi αβ eſt æqualis: & triangulus αβγ, triangulo δγβ eſt æqualis: maior minori. quod eſt abſurdum. Quare recta αβ, non eſt inæqualis rectæ αγ, itaq; erit ei æqualis. (Concluſio.) Si ergo trianguli, duo anguli æquales inter ſe fuerint: etiam latera, quæ æquales illos angulos ſubtendũt, erunt inter ſe æqualia. Id quod erat demonſtrandum.*

Propoſitio ſeptima. Theorema.

SVper eadẽ linea recta, duabus eiſdem rectis, aliæ duę rectæ æquales altera alteri, non ſtatuentur ad aliud, atq; aliud punctum, in eaſdem partes, eosdem habentes terminos, quos lineæ primæ.

Explicatio dati.) Si enim eſt poſsibile, ſit linea recta αβ, & ſuper ea duabus rectis αγ, γβ, conſtitutis: aliæ duæ lineæ rectæ αδ, δβ conſtituantur æquales altera alteri: ad aliud

atq;

μείω, τῶν τε γ, καὶ δ, ἐπὶ τὰ αὐτὰ μέρη τὰ γδ, τὰ αὐτὰ πέρατα ἔχουσαι, τὰ α, β, ταῖς ἐξ ἀρχῆς εὐθείαις, ὥστε ἴσην εἶναι, τὴν μὲν γα, τῇ δα, τὸ αὐτὸ πέρας ἔχουσαν αὐτῇ, τὸ α, τὴν δὲ γβ τῇ δβ, τὸ αὐτὸ πέρας ἔχουσαν αὐτῇ τὸ β. (Κατασκευή.) Καὶ ἐπεζεύχθω ἡ γδ. (Ἀπόδειξις.) Ἐπεὶ οὖν ἴση ἐστὶν ἡ αγ τῇ αδ, ἴση ἐστὶ καὶ γωνία ἡ ὑπὸ αγδ, τῇ ὑπὸ αδγ. μείζων ἄρα ἡ ὑπὸ αδγ τῆς ὑπὸ δγβ. πολλῷ ἄρα ἡ ὑπὸ γδβ, μείζων ἐστὶ τῆς ὑπὸ δγβ, πάλιν ἐπεὶ ἴση ἐστὶν ἡ γβ τῇ δβ, ἴση ἐστὶ, καὶ γωνία ἡ ὑπὸ γδα, γωνίᾳ τῇ ὑπὸ δγβ. ἐδείχθη δὲ αὐτῆς, καὶ πολλῷ μείζων, ὅπερ ἐστὶν ἀδύνατον. (Συμπέρασμα.) Οὐκ ἄρα ἐπὶ τῆς αὐτῆς εὐθείας, δύσι ταῖς αὐταῖς εὐθείαις, ἄλλαι δύο εὐθεῖαι ἴσαι ἑκάτερα ἑκατέρα συσταθήσονται, πρὸς ἄλλῳ, καὶ ἄλλῳ σημείῳ, ἐπὶ τὰ αὐτὰ μέρη, τὰ αὐτὰ πέρατα ἔχουσαι ταῖς ἐξ ἀρχῆς εὐθείαις. ὅπερ ἔδει δεῖξαι:

Πρότασις η. θεώρημα.

ΕΑν δύο τρίγωνα, τὰς δύο πλευρὰς ταῖς δυσὶ πλευραῖς ἴσας ἔχῃ ἑκατέραν ἑκατέρα, ἔχῃ δὲ καὶ τὴν βάσιν, τῇ βάσει ἴσην, καὶ *atq; aliud punctum γ & δ, in easdem partes γ, & δ: eosdẽ habentes terminos α, & β: quos lineæ rectæ primæ: ita ut $\gamma\alpha$ æqualis sit $\delta\alpha$: et eundem habeat terminũ α: recta verò $\gamma\beta$, sit æqualis rectæ $\delta\beta$, & eundem cum ea habeat terminũ β. (Delineatio.) Et ducatur recta $\gamma\delta$. (Demõstratio.) Quoniã $\alpha\gamma$ recta est æqualis rectæ $\alpha\delta$: etiam angulus $\alpha\gamma\delta$, erit æqualis angulo $\alpha\delta\gamma$. verum angulus $\alpha\delta\gamma$, maior est angulo $\delta\gamma\beta$: multò ergo angulus $\gamma\delta\beta$ maior est angulo $\delta\gamma\beta$. Item, quoniam latus $\gamma\beta$, est æquale lateri $\delta\beta$: erit etiam angulus $\gamma\delta\alpha$, angulo $\delta\gamma\beta$ æqualis. Verum ille ipse angulus $\gamma\delta\alpha$ demonstratus est esse multò maior angulo $\delta\gamma\beta$, quod est impossibile. (Cõclusio.) Super eadem igitur recta, duabus eisdem rectis, aliæ duæ rectæ æquales altera alteri: non statuentur ad aliud atq; aliud punctum, in easdem partes, eosdem habentes terminos, quos lineæ primæ. Id quod erat demonstrandum.*

Propositio octaua. Theorema.

SI duo trianguli, duo latera duobus lateribus habuerint æqualia alterum alteri, habuerint verò etiam basin, æqualem basi: etiã anguτὴν γωνίαν τῇ γωνίᾳ ἴσην ἕξει, τὴν ὑπὸ τῶν ἴσων εὐθειῶν περιεχομένην.



Ἔκθεσις.) Ἔστω δύο τρίγωνα, τὰ αβγ, δεζ, τὰς δύο πλευρὰς τὰς αβ, αγ, ταῖς δυσὶ πλευραῖς ταῖς δε, δζ, ἴσας ἔχοντα ἑκατέραν ἑκατέρᾳ, τὴν μὲν αβ, τῇ δε, τὴν δὲ αγ, τῇ δζ, ἐχέτω δὲ καὶ βάσιν τὴν βγ, βάσει τῇ εζ ἴσην. (Διορισμός.) Λέγω ὅτι, καὶ γωνία ἡ ὑπὸ βαγ, γωνίᾳ τῇ ὑπὸ εδζ ἐστὶν ἴση. (Κατασκευή.) Ἐφαρμοζομένου γὰρ τοῦ αβγ τριγώνου, ἐπὶ τὸ δεζ τρίγωνον, καὶ τιθεμένου τοῦ μὲν β σημείου ἐπὶ τὸ ε σημεῖον, τῆς δὲ βγ εὐθείας ἐπὶ τὴν εζ, ἐφαρμόσει, καὶ τὸ γ σημεῖον ἐπὶ τὸ ζ: διὰ τὸ ἴσην εἶναι τὴν βγ τῇ εζ. (Ἀπόδειξις.) Ἐφαρμοσάσης δὴ τῆς βγ, ἐπὶ τὴν εζ, ἐφαρμόσουσι, καὶ αἱ βα, γα, ἐπὶ τὰς εδ, δζ. εἰ γὰρ βάσις μὲν ἡ βγ, ἐπὶ βάσιν τὴν εζ ἐφαρμόσει, αἱ δὲ βα, αγ πλευραὶ ἐπὶ τὰς εδ, δζ, οὐκ ἐφαρμόζουσιν, ἀλλὰ παραλλάξουσιν, ὡς αἱ εη, ηζ, συσταθήσονται ἐπὶ τῆς

αὐτῆς

angulum angulo habebunt ęqualem, quem æquales illæ lineæ rectæ continent.

Explicatio dati.) Sint duo triãguli $\alpha\beta\gamma$, $\delta\varepsilon\zeta$: *habentes duo latera* $\alpha\beta$, $\alpha\gamma$: *duobus lateribus* $\delta\varepsilon$, $\delta\zeta$, *æqualia, alterum alteri, latus scilicet* $\alpha\beta$, *æquale lateri* $\delta\varepsilon$: *& latus* $\alpha\gamma$, *æquale lateri* $\delta\zeta$: *item basim* $\beta\gamma$, *æqualem basi* $\varepsilon\zeta$. *(Explicatio quæsiti.) Dico quòd angulus* $\beta\alpha\gamma$, *sit æqualis angulo* $\alpha\delta\zeta$. *(Delineatio.) Quando enim triangulus* $\alpha\beta\gamma$, *applicatur triangulo* $\delta\varepsilon\zeta$, *& punctum* β, *ponitur super puncto* ε: *linea quoq; recta* $\beta\gamma$, *applicatur rectæ* $\varepsilon\zeta$: *tum punctum* γ, *etiam applicabitur puncto* ζ: *quia recta* $\beta\gamma$, *est æqualis rectæ* $\varepsilon\zeta$. *(Demonstratio.) Quando verò recta* $\beta\gamma$, *applicatur rectæ* $\varepsilon\zeta$: *applicabuntur etiã rectæ* $\beta\alpha$, $\alpha\gamma$, *rectis* $\varepsilon\delta$, $\delta\zeta$. *Si enim basis* $\beta\gamma$, *applicatur basi* $\varepsilon\zeta$, *& latera* $\beta\alpha$, $\alpha\gamma$, *non applicētur lateribus* $\varepsilon\delta$, $\delta\zeta$. *Verũ diuersum habuerint sitũ, vt rectæ* $\varepsilon\eta$, $\eta\zeta$, *Constituentur su-*

αὐτῆς εὐθείας, δύσι ταῖς αὐταῖς εὐθείαις, ἄλλαι δύο εὐθεῖαι ἴσαι, ἑκάτερα ἑκατέρα πρὸς ἄλλω καὶ ἄλλῳ σημείῳ, ἐπὶ τὰ αὐτὰ μέρη, τὰ αὐτὰ πέρατα ἔχουσαι. οὐ συνίσανται δὲ, οὐκ ἄρα ἐφαρμοζομένης τῆς βγ, βάσεως ἐπὶ τὴν εζ βάσιν, οὐκ ἐφαρμόσουσι καὶ αἱ βα, αγ πλευραὶ ἐπὶ τὰς εδ, δζ. ἐφαρμόσουσι ἄρα. ὥστε καὶ γωνία ἡ ὑπὸ βαγ, ἐπὶ γωνίαν τὴν ὑπὸ εδζ ἐφαρμόσει, καὶ ἴση αὐτῇ ἔσται. (Συμπέρασμα.) Εαν ἄρα δύο τρίγωνα τὰς δύο πλευρὰς ταῖς δυσὶ πλευραῖς, ἴσας ἔχῃ ἑκάτεραν ἑκατέρα, καὶ τὴν βάσιν τῇ βάσει ἴσην ἔχει, καὶ τὴν γωνίαν τῇ γωνίᾳ ἴσην ἕξει, τὴν ὑπὸ τῶν ἴσων εὐθειῶν περιεχομένην. ὅπερ ἔδει δεῖξαι.

Πρότασις θ. Πρόβλημα.

ΤΗν δοθεῖσαν γωνίαν εὐθύγραμμον, δίχα τεμεῖν.

Εκθεσις.) Εστω ἡ δοθεῖσα γωνία εὐθύγραμμος, ἡ ὑπὸ βαγ. (Διορισμὸς.) Δεῖ δὴ αὐτὴν δίχα τεμεῖν. (Κατασκευή.) Εἰλήφθω ἐπὶ τῆς αβ τυχὸν σημεῖον τὸ δ. καὶ ἀφῃρήσθω *per eadē linea recta, duabus eisdē rectis aliæ duæ rectæ æquales altera alteri, ad aliud, atq; aliud punctum, ad easdem partes, eosdem habentes terminos, quos lineæ primæ, sed non statuentur ad diuersum punctum. Quare falsum est, quòd applicata basi* βγ, *basi* εζ: *non applicetur* βα, αγ, *latera, lateribus* εδ, δζ. *applicabuntur ergo. Vnde sequitur, quòd angulus* βαγ, *applicabitur angulo* εδζ, *& ei erit æqualis.* (*Conclusio.*) *Si igitur duo trianguli, duo latera duobus lateribus habuerint æqualia alterum alteri: habuerint verò etiam basim basi æqualem: etiam angulum angulo habebunt æqualem, quem æquales illæ rectæ lineæ cōtinent. Id quod erat demonstrandum.*

Propositio nona. Problema.

DAtum angulū rectilineū per medium secare, vel in duas partes ęquales secare.

Explicatio dati.) *Sit datus angulus rectilineus* βαγ. (*Explicatio quæsiti.*) *Angulus* βαγ *secādus est in duas partes æquales.* (*Delineatio.*) *Sumatur in linea* αβ, *punctū quod-*

σθω ἀπὸ τῆς αγ, τῇ αδ ἴση, ἡ αε, καὶ ἐπεζεύχθω ἡ δε, καὶ συνεστάτω ἐπὶ τῆς δε τρίγωνον ἰσόπλευρον, τὸ δεζ, καὶ ἐπεζεύχθω ἡ αζ. (Διορισμὸς τῆς κατασκευῆς.) Λέγω ὅτι ἡ ὑπὸ βαγ γωνία δίχα τέτμηται ὑπὸ τῆς αζ εὐθείας. (Ἀπόδειξις.) Ἐπεὶ γὰρ ἴση ἐστὶν ἡ αδ, τῇ αε, κοινὴ δὲ ἡ αζ, δύο δὴ αἱ δα, αζ, δυσὶ ταῖς εα, αζ, ἴσαι εἰσὶν ἑκατέρα ἑκατέρᾳ. καὶ βάσις ἡ δζ, βάσει τῇ εζ ἴση ἐστι. γωνία ἄρα ἡ ὑπὸ δαζ, γωνίᾳ τῇ ὑπὸ εαζ, ἐστὶν ἴση. (Συμπέρασμα.) Ἡ ἄρα δοθεῖσα γωνία εὐθύγραμμος ἡ ὑπὸ βαγ, δίχα τέτμηται ὑπὸ τῆς αζ εὐθείας. ὅπερ ἔδει ποιῆσαι.



Πρότασις ι. Πρόβλημα.

ΤΗν δοθεῖσαν εὐθεῖαν πεπερασμένην, δίχα τεμεῖν.

Ἔκθεσις.) Ἔστω ἡ δοθεῖσα εὐθεῖα πεπερασμένη, ἡ αβ. (Διορισμός.) Δεῖ δὴ τὴν αβ, δίχα τεμεῖν. (Κατασκευή.) Συνεστάτω ἐπ' αὐ-

τῆς

uis δ, & tollatur ex linea $\alpha\gamma$, lineæ $\alpha\delta$ æqualis recta linea $\alpha\varepsilon$: postea ducatur linea $\delta\varepsilon$: & statuatur super linea $\delta\varepsilon$, triangulus æquilaterus $\delta\zeta\varepsilon$: deniq; ducatur linea $\alpha\zeta$. (Explicatio iam factæ delineationis.) Dico quòd lineæ $\alpha\zeta$, in duas partes æquales secet angulũ $\beta\alpha\gamma$. (Demonstratio.) Quoniam recta $\alpha\delta$, æqualis est rectæ $\alpha\varepsilon$, et communis sit recta $\alpha\zeta$: idcirco duo latera $\delta\alpha$, $\alpha\zeta$, duobus lateribus $\varepsilon\alpha$, $\alpha\zeta$, sunt æqualia alterum alteri: & basis $\delta\zeta$, æqualis basi $\varepsilon\zeta$. Angulus igitur $\delta\alpha\zeta$, angulo $\varepsilon\alpha\zeta$ est æqualis. (Conclusio.) Datus igitur angulus rectilineus $\beta\alpha\gamma$, per lineam rectam $\alpha\zeta$, est dissectus in duas partes æquales. Id quod faciendum erat.

Propositio decima. Problema.

DAtam lineam rectam finitam in duas partes æquales secare.

Explicatio dati.) Sit data linea recta finita $\alpha\beta$. (Explicatio quæsiti.) Linea recta finita $\alpha\beta$, dissecanda est in duas partes æquales. (Delineatio.) Statuatur super recta τῆς τρίγωνον ἰσόπλευρον τὸ αβγ, καὶ τετμήσθω ἡ ὑπὸ αβγ γωνία δίχα, τῇ γδ εὐθείᾳ. (Διορισμὸς τῆς κατασκευῆς.) Λέγω ὅτι ἡ αβ εὐθεῖα, δίχα τέτμηται



κατὰ τὸ δ σημεῖον. (Ἀπόδειξις.) Ἐπεὶ γὰρ ἴση ἐστὶν ἡ αγ, τῇ γβ, κοινὴ δὲ ἡ γδ, δύο δὴ αἱ αγ, γδ, δυσὶ ταῖς βγ, γδ, ἴσαι εἰσὶν ἑκάτερα ἑκατέρα, καὶ γωνία ἡ ὑπὸ αγδ, γωνίᾳ τῇ ὑπὸ βγδ ἐστὶν ἴση. βάσις ἄρα ἡ αδ, βάσει τῇ βδ ἐστὶν ἴση. (Συμπέρασμα.) Ἡ ἄρα δοθεῖσα εὐθεῖα πεπερασμένη ἡ αβ, δίχα τέτμηται κατὰ τὸ δ. ὅπερ ἔδει ποιῆσαι.

Πρότασις ια. πρόβλημα.

ΤΗ δοθείσῃ εὐθείᾳ, ἀπὸ τοῦ πρὸς αὐτῇ δοθέντος σημείου, πρὸς ὀρθὰς γωνίας, εὐθεῖαν γραμμὴν ἀγαγεῖν.

(Ἔκθεσις.) Ἔστω ἡ μὲν δοθεῖσα εὐθεῖα, ἡ αβ, τὸ δὲ δοθὲν σημεῖον ἐπ᾽ αὐτῆς, τὸ γ. (Διορισμός.) Δεῖ δὴ ἀπὸ τοῦ γ σημείου, τῇ αβ εὐθείᾳ, πρὸς ὀρθὰς γωνίας εὐθεῖαν γραμμὴν ἀγα-

$\alpha\beta$ triangulus æquilaterus $\alpha\beta\gamma$: & secetur angulus $\alpha\beta\gamma$ in duas partes æquales, per lineam rectam $\gamma\delta$. (Explicatio factæ delineationis) Dico quòd recta $\alpha\beta$, secta sit in duas partes æquales in puncto δ. (Demonstratio.) Quoniam recta $\alpha\gamma$, est æqualis rectæ $\gamma\beta$, & communis recta $\gamma\delta$: duo igitur latera $\alpha\gamma$, $\gamma\delta$ duobus lateribus $\beta\gamma$, $\gamma\delta$ sunt æqualia alterum alteri, & angulus $\alpha\gamma\delta$, est æqualis angulo $\beta\gamma\delta$. Ergo basis $\alpha\delta$, est æqualis basi $\beta\delta$. (Conclusio.) Data igitur linea recta finita, $\alpha\beta$, secta est in duas partes æquales in puncto δ. Id quod faciendum erat.

Propositio vndecima. Problema.

DAtæ lineæ rectę, à dato in ea puncto: ducere lineam rectam ad angulos rectos, id est, rectos facientem angulos.

Explicatio dati.) Sit data linea recta $\alpha\beta$, & datum in ea pũctum γ. (Explicatio quæsiti.) Ducenda est à puncto γ, linea recta re-

ἀγαγεῖν. (Κατασκευή.) Εἰλήφθω ἐπὶ τῆς αγ, τυχὸν σημεῖον τὸ δ, καὶ κείσθω τῇ γδ ἴση, ἡ γε, καὶ συνεστάτω ἐπὶ τῆς δε τρίγωνον ἰσόπλευρον τὸ ζδε, καὶ ἐπεζεύχθω ἡ ζγ.



(Διορισμὸς τῆς κατασκευῆς.) Λέγω ὅτι τῇ δοθείσῃ εὐθείᾳ τῇ αβ, ἀπὸ τοῦ πρὸς αὐτῇ δοθέντος σημείου τοῦ γ, πρὸς ὀρθὰς γωνίας εὐθεῖα γραμμὴ ἦκται ἡ ζγ. (Ἀπόδειξις.) Ἐπεὶ γὰρ ἴση ἐστὶν ἡ δγ, τῇ γε, κοινὴ δὲ ἡ ζγ, δύο δὴ αἱ δγ, γζ, δυσὶ ταῖς εγ, γζ, ἴσαι εἰσὶν, ἑκατέρα ἑκατέρᾳ, καὶ βάσις ἡ δζ, βάσει τῇ εζ ἴση ἐστί. γωνία ἄρα ἡ ὑπὸ δγζ, γωνίᾳ τῇ ὑπὸ εγζ, ἴση ἐστὶ, καί εἰσιν ἐφεξῆς. ὅταν δὲ εὐθεῖα ἐπ' εὐθεῖαν σταθεῖσα, τὰς ἐφεξῆς γωνίας, ἴσας ἀλλήλαις ποιῇ, ὀρθὴ ἐστὶν ἑκατέρα τῶν ἴσων γωνιῶν. ὀρθὴ ἄρα ἐστὶν ἑκατέρα, τῶν ὑπὸ δγζ, ζγε. (Συμπέρασμα.) Τῇ ἄρα δοθείσῃ εὐθείᾳ τῇ αβ, ἀπὸ τοῦ πρὸς αὐτῇ δοθέντος σημείου τοῦ γ, πρὸς ὀρθὰς γωνίας εὐθεῖα γραμμὴ ἦκται, ἡ ζγ. ὅπερ ἔδει ποιῆσαι.

Πρότασ

ctos faciens angulos cum linea αβ. (Delineatio.) Sumatur in linea αγ, quoduis punctum δ: & fiat lineæ γδ, æqualis linea γε. Et statuatur super linea δε, triangulus æquilaterus δζε. deniq; ducatur recta ζγ. (Explicatio factæ delineationis.) Dico, quod datæ lineæ rectæ αβ, à dato in ea puncto γ, ad angulos rectos ducta sit recta linea γζ. (Demonstratio.) Quoniam recta δγ, est æqualis rectæ γε, communis verò recta ζγ. Duo igitur latera δγ, δζ, duobus lateribus εγ, γζ, sunt æqualia alterum alteri, & basis δζ, æqualis est basi εζ. ergo angulus δγζ, æqualis est angulo εγζ, (& sunt ἐφεξῆς, id est, vicini) Quando verò recta super rectam stans, angulos vicinos æquales fecerit inter se: vterq; æqualium angulorum est rectus. Ergo vterq; angulorum δγζ, ζγε, est rectus. (Conclusio.) Datæ igitur lineæ rectæ αβ, à dato, quod in ea est puncto γ: ad angulos rectos ducta est recta ζγ. Id quod faciendum erat.

Πρότασις ιβ. πρόβλημα.

Ἐπὶ τὴν δοθεῖσαν εὐθεῖαν ἄπειρον, ἀπὸ τοῦ δοθέντος σημείου ὃ μή ἐστιν ἐπ' αὐτῆς, κάθετον εὐθεῖαν γραμμὴν ἀγαγεῖν.

Ἔκθεσις.) Ἔστω ἡ μὲν δοθεῖσα εὐθεῖα ἄπειρος, ἡ αβ, τὸ δὲ δοθὲν σημεῖον ὃ μή ἐστιν ἐπ' αὐτῆς, τὸ γ. (Διορισμός.) Δεῖ δὴ ἐπὶ τὴν δοθεῖσαν εὐθεῖαν ἄπειρον τὴν αβ, ἀπὸ τοῦ δοθέντος σημείου τοῦ γ, ὃ μή ἐστιν ἐπ' αὐτῆς, κάθετον εὐθεῖαν γραμμὴν ἀγαγεῖν. (Κατασκευή) Εἰλήφθω γὰρ ἐπὶ τὰ ἕτερα μέρη τῆς αβ εὐθείας, τυχὸν σημεῖον τὸ δ. καὶ κέντρῳ μὲν τῷ γ, διαστήματι δὲ τῷ γδ, κύκλος



γεγράφθω ὁ εζη, καὶ τετμήσθω ἡ εη δίχα κατὰ τὸ θ. καὶ ἐπεζεύχθωσαν αἱ γη, γθ, γε. (Διορισμὸς τῆς κατασκευῆς.) Λέγω ὅτι ἐπὶ τὴν δοθεῖσαν εὐθεῖαν ἄπειρον τὴν αβ, ἀπὸ τοῦ δοθέντος σημείου τοῦ γ, ὃ μή ἐστιν ἐπ' αὐτῆς, κάθετος ἦκται ἡ γθ. (Ἀπόδειξις.) Ἐπεὶ γὰρ ἴση ἐστὶν ἡ ηθ τῇ θε, κοινὴ δὲ

ἡ θγ,

Propositio duodecima. Problema.

AD lineam rectam datã infinitam, â dato puncto, quod in ea non est, perpendicularem rectam lineam ducere.

Explicatio dati.) Sit data linea recta infinita $\alpha\beta$, *& punctum quod in ea non est datum* γ. *(Explicatio quæsiti.) A puncto dato* γ, *ad datam lineam rectam infinitam* $\alpha\beta$: *ducenda est linea recta perpendicularis. Delineatio.) Sumatur ex altera parte lineæ* $\alpha\beta$, *punctum quoduis* δ: *& centro* γ, *interuallo* $\gamma\delta$, *describatur circulus* $\varepsilon\zeta\eta$, *secans lineam* $\alpha\beta$, *in punctis* ε, *&* η. *Postea dissecetur linea recta* $\varepsilon\eta$, *in duas partes æquales in puncto* θ. *& ducantur lineæ* $\gamma\eta$, $\gamma\theta$, $\gamma\varepsilon$. *(Explicatio iã factæ delineationis.) Dico quod ad lineam rectam datã infinitam* $\alpha\beta$, *à puncto* γ *dato, quod in ea non est, perpendicularis ducta sit recta linea* $\gamma\theta$. *(Demonstratio.) Quoniam recta* $\eta\theta$, *æqualis est rectæ* $\theta\varepsilon$: *& communis recta* ἡ θγ, δύο δὴ αἱ ηθ, θγ, δύσι ταῖς εθ, θγ, ἴσαι εἰσὶν ἑκάτερα ἑκατέρα, καὶ βάσις ἡ γη, βάσει τῇ γε, ἐστὶν ἴση. γωνία ἄρα ἡ ὑπὸ γθη, γωνίᾳ τῇ ὑπὸ εθγ ἐστὶν ἴση. καὶ εἰσὶν ἐφεξῆς. ὅταν δὲ εὐθεῖα ἐπ' εὐθεῖαν σταθεῖσα, τὰς ἐφεξῆς γωνίας ἴσας ἀλλήλαις ποιῇ, ὀρθὴ ἑκατέρα τῶν ἴσων γωνιῶν. καὶ ἡ ἐφεστηκυῖα εὐθεῖα, κάθετος καλεῖται ἐφ' ἣν ἐφέστηκεν. (Συμπέρασμα.) Ἐπὶ τὴν δοθεῖσαν ἄρα εὐθεῖαν ἄπειρον, τὴν αβ, ἀπὸ τοῦ δοθέντος σημείου τοῦ γ, ὃ μή ἐστιν ἐπ' αὐτῆς, κάθετος ἦκται ἡ γθ. ὅπερ ἔδει ποιῆσαι.

Πρότασις ιγ. θεώρημα.

ὩΣ ἂν εὐθεῖα ἐπ' εὐθεῖαν σταθεῖσα, γωνίας ποιῇ, ἤτοι δύο ὀρθὰς, ἢ δυσὶν ὀρθαῖς ἴσας ποιήσει.



Ἔκθεσις.) Εὐθεῖα γάρ τις ἡ αβ, ἐπ' εὐθεῖαν τὴν γδ σταθεῖσα, γωνίας ποιείτω, τὰς ὑπὸ γβα, αβδ. (Διορισμός) Λέγω ὅτι αἱ ὑπὸ γβα, αβδ, γω-

νίαι

recta $\vartheta\gamma$. ergo duo latera $\eta\vartheta$, $\vartheta\gamma$, duobus lateribus $\epsilon\vartheta$, $\vartheta\gamma$, sunt æqualia alterum alteri: & basis $\gamma\eta$, basi $\gamma\epsilon$, est æqualis. quare angulus $\gamma\theta\eta$, angulo $\epsilon\theta\gamma$ est æqualis: & sunt vicini. Quando verò recta super recta stans, angulos vicinos æquales inter se fecerit: vterq; æqualium illorũ angulorum est rectus, & recta super recta stans, perpendicularis ad eam dicitur. (Conclusio.) Ad datam igitur lineam rectam infinitam $\alpha\beta$, à puncto γ dato quod in ea non est: perpendicularis ducta est recta $\gamma\theta$. Id quod faciendum erat.

Propositio decima tertia: Theorema.

VT vt recta super recta stans, angulos fecerit: vel duos rectos, vel duobus rectis æquales eos faciet.

Explicatio dati.) Recta quædam $\alpha\beta$, stans super recta $\gamma\delta$, faciat angulos $\gamma\beta\alpha$, $\alpha\beta\delta$. Explicatio q̃siti.) Dico ꝙ anguli $\gamma\beta\alpha$, $\alpha\beta\delta$,

vel

νίαι ἢ δύο ὀρθαί εἰσιν, ἢ δυσὶν ὀρθαῖς ἴσαι. (Κατασκευή.) Εἰ μὲν οὖν ἴση ἐστὶν ἡ ὑπὸ γβα, τῇ ὑπὸ αβδ, δύο ὀρθαί εἰσιν. εἰ δὲ οὔ, ἤχθω ἀπὸ τοῦ β σημείου τῇ γδ πρὸς ὀρθὰς, ἡ βε. αἱ ἄρα ὑπὸ γβε, εβδ, δύο ὀρθαί εἰσι. καὶ ἐπεὶ ἡ ὑπὸ γβε δυσὶ ταῖς ὑπὸ γβα, αβε ἴση ἐστὶ, κοινὴ προσκείσθω ἡ ὑπὸ εβδ. αἱ ἄρα ὑπὸ γβε, εβδ, τρισὶ ταῖς ὑπὸ γβα, αβε, εβδ, εἰσὶν ἴσαι. πάλιν ἐπεὶ ἡ ὑπὸ δβα δυσὶ ταῖς ὑπὸ δβε, εβα ἴση ἐστὶ. κοινὴ προσκείσθω, ἡ ὑπὸ αβγ. αἱ ἄρα γωνίαι, αἱ ὑπὸ δβα, αβγ τρισὶ ταῖς ὑπὸ δβε, εβα, αβγ ἴσαι εἰσὶν. ἐδείχθησαν δὲ, καὶ αἱ ὑπὸ γβε, εβδ, τρισὶ ταῖς αὐταῖς ἴσαι. τὰ δὲ τῷ αὐτῷ ἴσα, καὶ ἀλλήλοις ἐστὶν ἴσα. καὶ αἱ ὑπὸ γβε, εβδ ἄρα, ταῖς ὑπὸ δβα, αβγ, ἴσαι εἰσὶν. ἀλλὰ αἱ ὑπὸ γβε, εβδ, δύο ὀρθαὶ εἰσὶ, καὶ αἱ ὑπὸ δβα, αβγ ἄρα δυσὶν ὀρθαῖς ἴσαι εἰσὶν. (Συμπέρασμα.) Ὡς ἂν ἄρα εὐθεῖα ἐπ' εὐθεῖαν σταθεῖσα γωνίας ποιῇ, ἤτοι δύο ὀρθὰς, ἢ δυσὶν ὀρθαῖς ἴσας ποιήσει. ὅπερ ἔδει δεῖξαι.

Πρό-

vel ſint duo recti, vel duobus rectis æquales. Delineatio cũ hypotheſi.) Si igitur angulus γβα, æqualis eſt angulo αβδ: tum ſunt duo recti. quòd ſi verò non, tum ducatur à puncto β, rectæ lineæ γδ, ad angulos rectos linea recta βα. (Demonſtratio.) Anguli igitur γβε, εβδ ſunt duo recti. & cùm angulus γβε, ſit æqualis duobus angulis γβα, αβε. Communis addatur angulus εβδ. quare duo anguli γβε, εβδ, tribus angulis γβα, αβε, εβδ, ſunt æquales. Rurſus quoniam angulus δβα æqualis eſt duobus angulis δβε, εβα, communis addatur angul⁹ αβγ. anguli igitur δβα, αβγ, tribus angulis δβε, εβα, αβγ ſunt æquales. Verum demonſtratum eſt, angulos γβε, εβδ tribus iiſdem angulis eſſe æquales. Quæ verò eidẽ ſunt æqualia, illa inter ſe ſunt æqualia. ergo anguli γβε, εβδ, ſunt duobus angulis δβα, αβγ, æquales. ſed anguli γβε, εβδ, ſunt duo recti: ergo δβα, αβγ, anguli, ſunt æquales duobus rectis. (Cõcluſio.) Vt ut igitur recta ſuper recta ſtans, fecerit angulos: vel duos rectos, vel duobus rectis æquales faciet. Id quod erat demonſtrandum.

Πρότασις ιδ. θεώρημα.

ΕΑν πρός τινι εὐθεία, ϗ τῷ πρὸς αὐτῇ σημείῳ. δύο εὐθεῖαι μὴ ἐπὶ τὰ αὐτὰ μέρη κείμεναι, τὰς ἐφεξῆς γωνίας, δυσὶν ὀρθαῖς ἴσας ποιῶσιν, ἐπ' εὐθείας ἔσονται, ἀλλήλαις αἱ εὐθεῖαι.

Εκθεσις.) Πρὸς γὰρ τίνι εὐθεία τῇ αβ, καὶ τῷ πρὸς αὐτῇ σημείῳ τῷ β, δύο εὐθεῖαι αἱ βγ, βδ, μὴ ἐπὶ τὰ αὐτὰ μέρη κείμεναι, τὰς ἐφεξῆς γωνίας τὰς ὑπὸ αβγ, αβδ, δύσιν ὀρθαῖς ἴσας ποιείτωσαν. (Διορισμός.) Λέγω ὅτι ἐπ' εὐθείας ἐστὶ τῇ γβ ἡ βδ. Κατασκευή.) Εἰ γὰρ μὴ ἐστὶ τῇ βγ ἐπ' εὐθείας ἡ βδ, ἔστω τῇ γβ ἐπ' εὐθείας ἡ βε. (Απόδειξις.) Επεὶ οὖν εὐθεία ἡ αβ, ἐπ' εὐθείαν τὴν γβε ἐφέστηκεν, αἱ ἄρα ὑπὸ αβγ, αβε γωνίαι, δυσὶν ὀρθαῖς ἴσαι εἰσιν. εἰσι δὲ καὶ αἱ ὑπὸ αβγ, αβδ, δύσιν ὀρθαῖς ἴσαι, αἱ ἄρα ὑπὸ γβα, αβε, ταῖς ὑπὸ γβα, αβδ ἴσαι εἰσὶ κοινὴ ἀφῃρήσθω, ἡ ὑπὸ αβγ, λοι-



πῇ

Propositio decimaquarta. Theorema.

SI ad lineam quandam rectã, & punctum in ea datum, duæ rectę non in easdem partes sitæ, angulos (ἐφεξῆς) vicinos, duobus rectis angulis æquales fecerint: duæ istæ rectæ ἐπ' εὐθείας, altera alteri erunt.

Explicatio dati.) Nam ad lineam quandã rectam αϐ: & ad punctum in ea datum ϐ: duæ rectæ lineæ βγ, ϐδ, non in easdem partes sitæ faciant angulos ἐφεξῆς (vicinos) αϐγ, αϐδ, æquales duobus angulis rectis. (Explicatio quæsiti.) Dico quòd rectæ γβ, sit ἐπ' εὐθείας recta βδ. (Delineatio.) Si enim ϐγ non est ἐπ' εὐθείας recta βδ: sit recta βε, rectæ γβ, ἐπ' εὐθείας. (Demonstratio.) Quoniam recta αβ, constituta est super recta γβε: anguli igitur αβγ, αβε, sunt æquales duobus rectis. Verum anguli αβγ, αβδ etiam sunt æquales duobus rectis. anguli igitur γβα, αβε, angulis γβα, αβδ sunt æquales. Communis auferatur angulus αβγ. reliquus igi-

τῇ ἄρα ἡ ὑπὸ αβε, λοιπῇ τῇ ὑπὸ αβδ ἐστὶν ἴση ἡ ἐλάσσων τῇ μείζονι. ὅπερ ἐστὶν ἀδύνατον, οὐκ ἄρα ἐπ' εὐθείας ἐστὶν ἡ βε, τῇ βγ. ὁμοίως δὴ δείξομεν, ὅτι οὐδὲ ἄλλη τις, πλὴν τῆς βδ. (Συμπέρασμα.) Ἐπ' εὐθείας ἄρα ἐστὶν ἡ γβ, τῇ βδ. Ἐὰν ἄρα πρός τινι εὐθεία, καὶ τῷ πρὸς αὐτῇ σημείῳ, δύο εὐθεῖαι μὴ ἐπὶ τὰ αὐτὰ μέρη κείμεναι, τὰς ἐφεξῆς γωνίας δυσὶν ὀρθαῖς ἴσας ποιῶσιν, ἐπ' εὐθείας ἔσονται ἀλλήλαις αἱ εὐθεῖαι. ὅπερ ἔδει δεῖξαι.

Πρότασις ιε. θεώρημα.

Ἐὰν δύο εὐθεῖαι τέμνωσιν ἀλλήλας, τὰς κατὰ κορυφὴν γωνίας, ἴσας ἀλλήλαις ποιήσουσι.

Ἔκθεσις.) Δύο γὰρ εὐθεῖαι αἱ αβ, γδ, τεμνέσθωσαν ἀλλήλας κατὰ τὸ ε σημεῖον. (Διορισμός.) Λέγω ὅτι ἴση ἐστὶν ἡ μὲν ὑπὸ αεγ γωνία, τῇ ὑπὸ δεβ, ἡ δὲ ὑπὸ γεβ, τῇ ὑπὸ αεδ. (Ἀπόδειξις.) Ἐπεὶ γὰρ εὐθεῖα ἡ αε, ἐπ' εὐθείαν τὴν γδ



ἐφέστηκε

tur angulus αβε, reliquo angulo αβδ est æqualis, minor maiori, quod est impoßibile. Quare recta βε, non est ἐπ' εὐθείας rectæ βγ. Similiter etiam demonstrabimus, quòd nulla alia præter rectam βδ, sit ἐπ' εὐθείας rectæ γβ. (Conclusio.) Ergo recta γβ, est ἐπ' εὐθείας rectæ βδ. Si igitur ad lineam quandã rectam, & punctum in ea datum, duæ rectæ non in easdem partes sitæ angulos ἐφεξῆς, duobus rectis angulis fecerint æquales: duæ istæ rectæ ἐπ' εὐθείας erunt altera alteri. Id quod erat demonstrandum.

Explicatio dati.) Sit triangulus rectangulus $\alpha\beta\gamma$, *habens angulum* $\beta\alpha\gamma$ *rectum. (Explicatio quæsiti.) dico quod quadratum lateris* $\beta\gamma$, *sit æquale quadratis laterum* $\beta\alpha$, $\alpha\gamma$. *(Delineatio.) Describatur à linea* $\beta\gamma$, *quadratum* $\beta\delta\varepsilon\gamma$: *& à linea* $\beta\alpha$ *quadratum* $\beta\eta$. *Præterea à linea* $\alpha\gamma$ *quadratum* $\gamma\theta$. *Ducatur etiam per punctum* α, *alterutri linearum* $\beta\delta$, $\gamma\varepsilon$ *æquedistans recta linea* $\alpha\lambda$. *deniq; ducantur duæ lineæ rectæ* $\alpha\delta$, $\zeta\gamma$. *(Demon-*

πόδειξις.) Καὶ ἐπεὶ ὀρθή ἐστιν ἑκατέρα τῶν ὑπὸ βαγ, βαη γωνιῶν, πρός δή τινι εὐθείᾳ, τῇ βα, καὶ τῷ πρὸς αὐτῇ σημείῳ τῷ α, δύο εὐθεῖαι, αἱ αγ, αη, μὴ ἐπὶ τὰ αὐτὰ μέρη κείμεναι, τὰς ἐφεξῆς γωνίας δυσὶν ὀρθαῖς ἴσας ποιοῦσιν. ἐπ' εὐθείας ἄρα ἐστὶν ἡ γα, τῇ αη. διὰ τὰ αὐτὰ δὴ καὶ ἡ αβ, τῇ αθ ἐστὶν ἐπ' εὐθείας. καὶ ἐπεὶ ἴση ἐστὶν ἡ ὑπὸ δβγ γωνία τῇ ὑπὸ ζβα, ὀρθὴ γὰρ ἑκατέρα. κοινὴ προσκείσθω ἡ ὑπὸ αβγ. ὅλη ἄρα ἡ ὑπὸ δβα, ὅλῃ τῇ ὑπὸ ζβγ ἐστὶν ἴση. καὶ ἐπεὶ δύο αἱ δβ, βα. δυσὶ ταῖς βζ, βγ ἴσαι εἰσὶν, ἑκατέρα ἑκατέρᾳ, καὶ γωνία ἡ ὑπὸ δβα, γωνίᾳ τῇ ὑπὸ ζβγ, ἴση ἐστίν. βάσις ἄρα ἡ αδ, βάσει τῇ ζγ ἐστὶν ἴση, καὶ τὸ αβδ τρίγωνον, τῷ ζβγ τριγώνῳ ἐστὶν ἴσον. καὶ ἔστι τοῦ μὲν αβδ τριγώνου, διπλάσιον τὸ βλ παραλληλόγραμμον, βάσιν τε γὰρ τὴν αὐτὴν ἔχουσι τὴν βδ, καὶ ἐν ταῖς αὐταῖς εἰσὶ παραλλήλοις, ταῖς βδ, αλ. τοῦ δὲ ζβγ τριγώνου, διπλάσιον τὸ ηβ τετράγωνον. βάσιν τε γὰρ πάλιν τὴν αὐτὴν ἔχουσι, τὴν ζβ. καὶ ἐν ταῖς αὐταῖς παραλλήλοις εἰσὶ, ταῖς ζβ, ηγ.

τὰ δὲ

monstratio.) Quoniam vterque angulorũ $\beta\alpha\gamma$, $\beta\alpha\eta$ est rectus: idcirco ad rectam quandam $\beta\alpha$, & ad punctum quod in ea est α, duæ rectæ $\alpha\gamma$, $\alpha\eta$ in diuersas partes ductæ, faciunt angulos vicinos inter se æquales: quare recta $\gamma\alpha$ est ἐπ' εὐθείας rectæ $\alpha\eta$. per eadem ista demonstrabitur, quod recta $\alpha\beta$, est ἐπ' εὐθείας rectæ $\alpha\theta$. quoniam verò angulus $\delta\beta\gamma$, æqualis est angulo $\zeta\beta\alpha$, quia vterque est rectus, communis addatur angulus $\alpha\beta\gamma$: totus igitur angulus $\delta\beta\alpha$, toto angulo $\zeta\beta\gamma$ est æqualis. cum verò duo latera $\delta\beta$, $\beta\alpha$, duobus lateribus $\beta\zeta$, $\beta\gamma$ sint æqualia, alterum alteri: & angulus $\delta\beta\alpha$, angulo $\zeta\beta\gamma$ æqualis. basis igitur $\alpha\delta$, basi $\zeta\gamma$ est æqualis, & triangulus $\alpha\beta\delta$ triangulo $\zeta\beta\gamma$ æqualis: verum trianguli $\alpha\beta\delta$ parallelogrammon $\beta\lambda$ est duplum, quia habent eandem basin $\beta\delta$, & sunt in eisdem lineis rectis æquedistantibus $\beta\delta$, $\alpha\lambda$. Item trianguli $\zeta\beta\gamma$, duplum, est quadratum $\eta\beta$, quia habent eandem basin $\zeta\beta$, & sunt in eisdem lineis rectis æquedistantibus $\zeta\beta$, $\eta\gamma$. Quæ verò æquali-τὰ δὲ τῶν ἴσων διπλάσια ἴσα ἀλλήλοις ἐστὶν· ἴσον ἄρα ἐστὶ καὶ τὸ βλ παραλληλόγραμμον, τῷ ηβ τετραγώνῳ. Ὁμοίως δὴ ἐπιζευγνυμένων τῶν αε, βη, δειχθήσεται καὶ τὸ γλ παραλληλόγραμμον ἴσον τῷ θγ τετραγώνῳ, ὅλον ἄρα τὸ δβεγ τετράγωνον, δυσὶ τοῖς ηβ, θγ τετραγώνοις, ἴσον ἐστὶ, καί ἐστι τὸ μὲν βδεγ τετράγωνον, ἀπὸ τῆς βγ ἀναγραφὲν, τὰ δὲ ηβ, θγ, ἀπὸ τῶν βα, αγ. τὸ ἄρα ἀπὸ τῆς βγ πλευρᾶς τετράγωνον, ἴσον ἐστὶ τοῖς ἀπὸ τῶν βα, αγ πλευρῶν τετραγώνοις. (Συμπέρασμα.) Ἐν ἄρα τοῖς ὀρθογωνίοις τριγώνοις, τὸ ἀπὸ τῆς τὴν ὀρθὴν γωνίαν ὑποτεινούσης πλευρᾶς τετράγωνον, ἴσον ἐστὶ τοῖς ἀπὸ τῶν τὴν ὀρθὴν περιεχουσῶν πλευρῶν τετραγώνοις. ὅπερ ἔδει δεῖξαι.

Πρότασις μη. θεώρημα.

Ἐὰν τριγώνου τὸ ἀπὸ μιᾶς τῶν πλευρῶν τετράγωνον, ἴσον ᾖ τοῖς ἀπὸ τῶν λοιπῶν τοῦ τριγώνου δύο πλευρῶν τετραγώνοις, ἡ περιεχομένη γωνία ὑπὸ τῶν λοιπῶν τοῦ τριγώνου δύο πλευρῶν ὀρθή ἐστι.

Ἐκθε-

qualiũ ſunt dupla, illa inter ſe ſunt æqualia. ideoq; parallelogrammon $\varsigma\lambda$, *æquale eſt quadrato* $\eta\varsigma$. *Simili ratione quando* $\alpha\epsilon$, $\beta\eta$ *rectæ coniunguntur: demonſtrabitur quod parallelogrammon* $\gamma\lambda$ *ſit æquale quadrato* $\theta\gamma$. *totum igitur quadratum* $\delta\beta\epsilon\gamma$, *duobus quadratis* $\eta\beta$, $\theta\gamma$ *eſt æquale. ſed* $\beta\delta\epsilon\gamma$ *quadratum, eſt deſcriptum à latere* $\varsigma\gamma$, *& quadrata* $\eta\varsigma$, $\theta\gamma$ *ſunt deſcripta à lateribus* $\beta\alpha$, $\alpha\gamma$. *Quadratum igitur lateris* $\varsigma\gamma$, *eſt æquale quadratis laterum* $\varsigma\alpha$, $\alpha\gamma$. *(Concluſio.) In triangulis igitur rectangulis quadratum lateris rectum angulum ſubtendentis, eſt æquale quadratis laterum rectum angulum continentium. quod erat demonſtrandum.*

Propoſitio quadrageſima octaua. Theorema.

SI quadratum vnius lateris trianguli fuerit ęquale quadratis reliquorum duorum laterum: erit angulus quem reliqua illa duo trianguli latera continent, rectus.

Expli-

Ἔκθεσις.) Τριγώνου γὰρ τοῦ αβγ, τὸ ἀπὸ μιᾶς τῆς βγ πλευρᾶς τετράγωνον, ἴσον ἔστω τοῖς ἀπὸ τῶν βα, αγ πλευρῶν τετραγώνοις. (Διορισμός.) Λέγω ὅτι ὀρθή ἐστιν ἡ ὑπὸ βαγ γωνία. (Κατασκευή.) Ἤχθω γὰρ ἀπὸ τοῦ α σημείου τῇ αβ πρὸς ὀρθὰς εὐθεῖα, ἡ αδ, καὶ κείσθω τῇ γα, ἴση ἡ αδ,



καὶ ἐπεζεύχθω ἡ δβ. (Ἀπόδειξις.) Καὶ ἐπεὶ ἴση ἐστὶν ἡ δα, τῇ, αγ, ἴσον ἐστὶ, καὶ τὸ ἀπὸ τῆς δα τετράγωνον, τῷ ἀπὸ τῆς αγ τετραγώνῳ. κοινὸν προσκείσθω, τὸ ἀπὸ τῆς αβ τετράγωνον, τὰ ἄρα ἀπὸ τῶν δα, αβ τετράγωνα, ἴσα ἐστὶ, τοῖς ἀπὸ τῶν βα, αγ τετραγώνοις. ἀλλὰ τοῖς μὲν ἀπὸ τῶν δα, αβ, ἴσον ἐστὶ τὸ ἀπὸ τῆς δβ, ὀρθὴ γάρ ἐστιν ἡ ὑπὸ δαβ γωνία, τοῖς δὲ ἀπὸ τῶν αβ, αγ, ἴσον ἐστὶ τὸ ἀπὸ τῆς βγ ὑπόκειται γάρ. τὸ ἄρα ἀπὸ τῆς δβ τετράγωνον, ἴσον ἐστὶ τῷ ἀπὸ τῆς βγ τετραγώνῳ. ὥστε καὶ πλευρὰ ἡ δβ, τῇ βγ ἐστὶν ἴση. καὶ ἐπεὶ ἴση ἐστὶν ἡ αδ τῇ αβ, κοινὴ δὲ ἡ αγ, δύο δὴ αἱ δα, αβ, δυσὶ ταῖς βα, αγ ἴσαι

αἱ

Explicatio dati.) Sit quadratum lateris $\beta\gamma$, trianguli $\alpha\beta\gamma$ æquale quadratis laterũ $\beta\alpha,\alpha\gamma$. (Explicatio quæsiti.) Dico quod angulus $\beta\alpha\gamma$ sit rectus. (Delineatio.) Ducatur à puncto α, lineæ rectæ $\alpha\beta$, ad angulos rectos linea recta $\alpha\delta$: & fiat lineæ $\alpha\gamma$ æqualis recta linea $\alpha\delta$: deniq; ducatur linea recta $\delta\beta$. (Demonstratio.) Quoniam recta $\delta\alpha$, est æqualis rectæ $\alpha\gamma$: idcirco & quadratum à recta $\delta\alpha$ descriptum, erit æquale, quadrato à recta $\alpha\gamma$ descripto. Commune addatur quadratum rectæ $\alpha\beta$. quare quadrata rectarũ $\delta\alpha$, $\alpha\beta$ sunt æqualia quadratis rectæ $\beta\alpha,\alpha\gamma$. verum quadratis rectarum $\delta\alpha,\alpha\beta$, æquale est quadratum rectæ $\delta\beta$, quia angulus $\delta\alpha\beta$ est rectus. quadratis verò rectarum $\alpha\beta$, $\alpha\gamma$ æquale proponitur esse quadratũ rectæ $\delta\beta$. Quare quadratum rectæ $\delta\beta$, æquale est quadrato rectæ $\beta\gamma$. vnde etiam latus $\delta\beta$ lateri $\beta\gamma$ est æquale. Quoniam verò latus $\alpha\delta$, est æquale lateri $\alpha\beta$, commune verò latus $\alpha\gamma$: duo latera $\delta\alpha$, $\alpha\beta$, duobus lateribus $\beta\alpha,\alpha\gamma$ sunt æqualia, &

basis

εἰσὶ, καὶ βάσις ἡ δϐ, βάσει τῇ ϐγ ἐστὶν ἴση. γωνία ἄρα ἡ ὑπὸ δαϐ, γωνίᾳ, τῇ ὑπὸ ϐαγ ἐστὶν ἴση. ὀρθὴ δὲ ἡ ὑπὸ δαϐ, ὀρθὴ ἄρα καὶ ἡ ὑπὸ ϐαγ. (Συμπέρασμα.) Ἐὰν ἄρα τριγώνου τὸ ἀπὸ μιᾶς τῶν πλευρῶν τετράγωνον, ἴσον ἐστὶ τοῖς ἀπὸ τῶν λοιπῶν τοῦ τριγώνου δύο πλευρῶν τετραγώνοις, ἡ περιεχομένη γωνία ὑπὸ τῶν λοιπῶν τοῦ τριγώνου πλευρῶν ὀρθή ἐστιν. ὅπερ ἔδει δεῖξαι.

ΤΕΛΟΣ.

basis δβ, est æqualis basi βγ: idcirco & angulus δαβ, angulo βαγ est æqualis. Verum angulus δαβ est rectus, quare & angulus βαγ etiam erit rectus. (Conclusio.) Si igitur quadratum vnius lateris trianguli fuerit æquale quadratis reliquorum duorum laterũ: erit angulus quem reliqua duo trianguli latera continent rectus. Id quod erat demonstrandum.

FINIS.

Scholia in hoc primum Euclidis elementum, autore Cunrado Dasypodio.

De ſcientijs Mathematicis.

Mathematicas ſcientias ſic dictas volunt, quòd cum alias artes etiam abſq; præceptore intelligere, & addiſcere poſſimus: has tamen non niſi inſtituti, & edocti, imò in illis exercitati percipere queamus: vt à diſcendo diſciplinæ, à μαθήσεως ἐπιστήμαι μαθηματικαὶ dicantur. Pythagorici autem mathematicæ nomen, duabus tantum ſcientijs Arithmeticæ, & Geometriæ impoſuerunt: quoniam in his potiſſimum τὸ ἐπιστημονικὸν, & ipſa μάθησις cerni poteſt. poſtea tamen nonnulli latius ſumpto vocabulo, alias ſcientias hiſce cognatas appellarunt mathematicas, Aſtronomiam, Muſicam, & quæ huius ſunt generis. Hinc fit, vt mathematica definiatur ſcientia contemplationẽ habens rerum, non tantum abſtractarum, vt ſunt numeri, & figu-

& figuræ: sed & sensibus ipsis subiectarum, vtpote cœli, terræ, stellarum, sonorum, tonorum, & quæcunque his sunt similia.

Hanc verò vniuersalem mathesin in duas potißimum partes diuidunt: altera enim versatur circa res mēte & ratione perceptas, quæ Græcis nominantur τὰ νοητὰ, & διανοητὰ. altera verò τῶν αἰσθητῶν, rerum sensu subiectarum habet perceptionem: illa Geometriam, & Arithmeticam cōplectitur: hæc verò in sex est diuisa scientias, Geodæsiam, & Opticam, quæ ex Geometria nascuntur: Logisticam & Canonicam prognatas ex Arithmetica: denique Mechanicam, & Astronomiam, quas ad vtramque referri tradunt. Est & alia mathematicæ diuisio, in quatuor partes tantum facta. quoniam μάθησις habet perceptionem quantitatis cōtinuæ, vel quantitatis discretæ. Geometria enim, & Astronomia sibi habent subiectas ipsas magnitudines: Geometria quidem eam, quæ est sine motu: Astronomia eam, quæ mouetur. sic etiam multitudinis & numerorũ fit cõtemplatio in Arithmetica, & Musica: illa enim numeros per se considerat, eorumq́ proprietates inuestigat: hæc verò numeros tractat relatos, quos etiam harmonicos appellant. Itaq; vniuersalis quædam mathematica cognitio & doctrina est statuenda, sub se complectens reliquas disciplinas omnes, suaq́ principia, & vniuersales propositiones omnibus communicans, non quatenus numeris, aut figuris, vel deniq; motibus illa insunt: sed quatenus eorũ vniuersalis est natura, & talis, quæ singularibus illis disciplinis attribui potest. Sunt autem eiusmodi principia τὸ πέρας, καὶ τὸ ἄπειρον, finitum, & infinitum: quia numerus incipit ab vnitate, & in infinitũ vsq; crescit: is verò qui sumitur, finitus semper est: sic etiam magnitudines in infinitum vsque diuidi possunt: cum tamen ea, quæ diuiduntur, sint finita, & terminata. Propositiones verò mathematicæ communes sunt istæ, in quibus cõtemplamur λόγους, ἀναλογίας, συνθέσεις,

διαιρέ-

διαιρέσεις, ἀναστροφὰς, ἐναλλαγὰς, τὸ ἴσον, τὸ ἄνισον, id est, rationes, proportiones, compositiones, diuisiones, conuersiones, alternas permutationes, æquale, & inæquale. deinde τὸ κάλλος, καὶ τάξις, ipsaq́ue μέθοδος. præterea ὁμοιότης, καὶ ἀνομοιότης, similitudo, & dißimilitudo rerum in figuris, numeris, & motibus vniuersaliter considerantur. hæc inquam omnia, & his similia vnaquæque disciplina ad suam accomodat rem subiectam, eaq́ue ei inesse proprijs confirmat rationibus. Præterea Mathematicarum disciplinarum fastigium & vertex quasi est ipsa ἀποδεικτικὴ, quia per ipsam hæ scientiæ perficiuntur, dum definitionibus, diuisionibus, demonstrationibus, & quicquid harũ rerũ est, vtuntur.

De Geometria, & eius elementis.

Proclus Geometriam sic definit: γεωμετρία ἐστι γνωστικὴ μεγεθῶν, καὶ σχημάτων, καὶ τῶν ἐν τούτοις περάτων: ἔτι δὲ καὶ τῶν λόγων τῶν ἐν αὐτοῖς, καὶ παθῶν τῶν περὶ αὐτὰ, καὶ τῶν παντοίων θέσεων, καὶ κινήσεων. Geo-

metria est scientia, vel cognitio magnitudinum, & figurarum, atque etiam terminorum quibus illæ clauduntur: quæque proportiones, & rationes, atque etiam paßiones his accidentes demonstrat: positionum denique, & motuũ varietates explicat. Hæc scientia duplex est: altera nominatur θεωρία τῶν ἐπιπέδων: altera στερεωμετρία. Planorum contemplatio tanquam simplicior præcedit, siquidem ex superficierum contemplatione nascitur corporum & solidorum cognitio. in vtraque verò tria (sicuti in omnibus scientijs) considerantur. Primum τὸ ὑποκείμενον γένος, res ipsa, de qua doctrina est instituta: alterum τὸ καθ' αὑτὸ ὑπάρχον, id quod rei per se inest, & τὰ πάθη, rerum affectiones: tertium ἀξιώματα, καὶ αἰτήματα, propositiones, per quas rebus subiectis inesse aliquid demonstratur. illa itaque in Geometria consideranda veniunt: nam vt ex definitione Geometriæ licet videre: subiecta sunt trianguli, quadrata, circuli, sphæra, Cylindri, & vt summatim

matim dicam, figuræ planæ, corpora solida, deniq; omnes magnitudines immobiles, & harum termini. quæ verò his per se insunt, διαιρέσεις, συστάσεις, ἁφαὶ, παραβολαὶ, ὑπεροχὴ, ἔλλειψις, ἰσότης, καὶ ἀνισότης, id est, diuisiones, constitutiones, contactus, applicationes, excessus, defectus, æqualitas, & inæqualitas: cum alijs quibusdam huius generis. Axiomata, & petitiones, quibus singula rebus subiectis demonstrantur inesse: sunt huiusmodi, quæ eidem sunt æqualia, illa inter se sunt æqualia: item à puncto ad punctum ducere lineam rectam. Hæc verò cum latè pateant, & ipsarum rerum subiectarum, atq; propositionum geometricarum magna, variaq; sit copia: necesse est, vt delectus habeatur, & in tradendo, atq; docendo incipiamus à simplicioribus, ac principalioribus: ex quibus tanquam notißimis extruamus demonstrationes rerum in geometria abstrusarum. quas quidem simpliciores propositiones στοιχεῖα, earumq; doctrinam στοιχειῶσιν Græci nominant. ſunt enim στοιχεῖα, ſeu elementa Geometriæ, propoſitiones ſimpliciſſimæ, in quas compoſitæ reſoluuntur, & à quibus tanquam principijs omnes Geometricæ demonſtrationes egreſſæ ſunt: tales ſunt hæ propoſitiones Euclidis, quibus Archimedes, Apollonius, & cæteri geometræ tanquam principijs, & notiſſimis elementis vtuntur: ita tamen hæc prima, & ſimpliciſſima Geometriæ principia ab Euclide conſcripta ſunt, vt nemo ſatis poßit hominis & ingenium, & induſtriam mirari. quæ enim ab antiquis fuerunt inuenta, in optimum redegit ordinem: delectum etiam in tanta copia, & varietate propoſitionum habuit talem, vt non omnia quæ dici poterant, aſſumeret: ſed ea tantum, quæ elementari inſtitutioni conueniebant. deinde omnes modos, omniaq́ genera ſyllogiſmorum adhibuit, quæcunq; ab ipſis apodicticis recipiuntur. Præterea vtitur diuiſionibus in inueniendis rerum ſpeciebus, item definitionibus in ſubſtantiali rerum ſubiectarum explicatio-

cationE. adhæc demonstratione in ijs, quæ à principijs fiunt ad quæsita. deniq; resolutione cum à quæsitis ad ipsa principia sit reditus. Taceo de varijs, quibus vtitur conuertendi modis, continuatione, & dispositione singulari ipsorum elementorum: vt vnum absq; altero videatur esse non posse. Quæ cum ita sint, meritò omnes studiosi philosophiæ, & bonarũ artium, sibi hæc Euclidis elemẽta familiaria reddere debebant, vt ad altiores capescendas scientias fierent paratiores.

De Propositionibus Geometriæ.

Solent Geometræ duo præcipua propositionum genera habere: vnum est τῶν ἀρχῶν *principiorum: alterum* τῶν μετὰ τὰς ἀρχὰς προτάσεων*: id est, propositionum, quæ principia sequuntur, principia ipsa quia per se manifesta, & simplicia sunt nulla adhibita demonstratione primo explicantur loco: subsequuntur propositiones demonstratione indigentes, & ex ipsis demanantes principijs: & nisi hic ordo teneatur, verum permisceantur* *omnia, tum & ipsa cognitio perturbatur: & quæ natura sunt distincta, coniunguntur. Illud ipsum facit Euclides, & principiorũ facta enumeratione, absq; vlla demonstratione: transit ad propositiones demonstrabiles. diuidit verò ipsa in* ὑποθέσεις αἰτήματα, καὶ ἀξιώματα ἢ κοινὰς ἐννοίας. *Est autem* ὑπόθεσις, *cum aliquis rei propositæ cognitionem nondum habet, quæ per se fidem rei faciat, verum concedit assumenti illud verum esse. eiusmodi sunt ipsæ definitiones Euclidis. Postulatum verò in genere est, cum neq; cognitũ quid est, neq; ab audiente concessum, tamen petitur ab alieno, vt assumi concedatur. sicuti cum peto mihi concedi omnes angulos rectos æquales inter se esse. Axioma, vel pronunciatum est quando quid cognitum est, & tam manifestum, vt per sese fidem habeat. vt quæ eidem sunt æqualia, illa inter se sunt æqualia: totum maius est sua parte. Geometræ tamen hypotheseis vocant etiam* ὅρους *definitiones rerum subiectarum: vt si definiam*

line-

lineam, angulos, figuras, & similia: quo sciatur, quibus de rebus sermo sit institutus. deinde αἴτημα, seu postulatum non sic sumunt vt Philosophi: sed postulatum vocant propositionem immediatam, in qua petitur aliquid quod factu est facile, & nulla indiget varia aut prolixa delineatione, vt si dicam, à puncto ad punctum ducatur linea recta. Communis deniq; sententia Geometris dicitur propositio immediata, quæ per se manifesta, & cognitu perfacilis est, sine vlla demonstratione recepta: & communi omnium consensu concessa. Itaq; tria ista propositionum genera in eo conueniunt, quòd principiorum naturam habeant, ac per se sint manifesta. differunt verò, quòd hypothesis sit rerum subiectarum explicatio: postulatũ proponit aliquid, quod factu sit facile: axioma rei per se manifestæ sit cognitio. Quidam verò petitiones dicunt tantum ad Geometriam spectare: axioma vero ad omnes disciplinas. Alij diuidunt hoc modo ipsas communes sententias, vt quasdã

Geometriæ, nonnullas Arithmeticæ proprias esse dicant: alias deniq; communes. atq; hæc sint paucis dicta de principijs. Propositiones verò, quæ principia sequuntur, & demonstrari possunt ac debent: aliæ sunt προβλήματα, aliæ θεωρήματα. Problemata dicuntur propositiones, in quibus aliquid nobis ad agendũ proponitur: vt quando figurarum ortus & constitutiones, sectiones, subtractiones, additiones, & similia proponuntur. Theoremata autem sunt, in quibus ad contemplandum quiddam proponitur, vt si ea, quæ rebus per se insunt, aut accidunt, consideramus. cuiusmodi dicuntur esse τὰ καθ' αὑτὰ ὑπάρχοντα ἢ συμβεβηκότα, vel etiam συμπτώματα, aut deniq; τὰ πάθη. Differunt itaq; inter se, sed non aliter quàm petitio, & axioma. Euclides vtroq; genere vtitur. nam interdum tantum habet problemata, vt in quarto libro, interdũ verò solum theoremata, sicuti in quinto: nonnunquam deniq; theoremata problematibus commiscet, vt in reliquis facit libris.

De primo Libro.

Proposuit sibi Euclides in hoc primo elemento principia figurarum rectilinearũ tradere: nam triangulus & parallelogrammon sunt in figuris rectilineis omnium primæ, & simplicissimæ. Diuisit verò librum in partes tres: in prima, post explicationem principiorum, docet quomodo triangulus sit constituendus, quæ sint eius proprietates, cùm quoad angulos, tum etiam latera: præterea eosdem comparat inter se, & vnumquodq; accidens per se considerat: in altera de lineis æquedistantibus, & parallelogrammis doctrinam instituit, demonstrans quæ eis per se insint, & quomodo ipsa fiant parallelogramma. in postrema, parallelogramma & triangulos inter se confert, primum seorsim, deinde coniunctim. Atq; hæc breuiter sint dicta, & explicata de vniuersali illa rerum mathematicarum & Geometriæ cognitione: nunc subiungemus perbreues locorum difficiliorum expositiones, & si quid forsan occurret, quod latius sit explicandum, & ad vniuersam Geo-

metr.

metriam spectare videbitur, id fusius exponemus. cuiusmodi est ille locus περὶ τοῦ πορίσματος, ἐνστάσεως ἀπαγωγῆς, & de ijs, quæ his similia.

Σημεῖον.) Alij sic definiunt: σημεῖον ἐστὶ μονὰς θέσιν ἔχουσα, punctum est vnitas quæ positionem habet. solum punctum in Geometria diuidi non potest: sicut in Arithmetica vnitas non admittit diuisionem. sunt enim vnius, eiusdemq́ naturæ: quum duarum scientiarum omniũ prima, & simplicissima sint principia: differunt tamen in eo, quòd punctum dari & poni possit: vnitas verò puncto simplicior existens non ponatur: cum ab omni interuallo, omniq́ materia, ac loco sit abstracta. Vtitur autem definitione negatiua, quoniam negationes maximè conueniunt principijs.

Γραμμή.) Principium omnium magnitudinum sola negatione definiuit: lineam verò nunc describit affirmando, & negando: quia affirmatione excedit naturam puncti, & minus est simplex puncto, cum sit longitudo diuisionem admittens: negatione verò est

princi-

principium respectu superficiei, & corporis. sunt enim tres dimensiones: longitudinis quæ attribuitur lineæ, longitudinis & latitudinis simul, quæ ad superficiem refertur: deniq; longitudinis & latitudinis, atq; profunditatis coniunctim in corpore. cum itaq; in definitione ponit ἀπλατὲς latitudine carens: vnà cum latitudine adimit quoq; profunditatem, atq; eam ob causam non addidit καὶ ἀβαθὲς, cum superfluum esset. Alij sic definiunt lineam: γραμμή ἐστι ῥύσις τοῦ σημείου, id est, linea fit ex fluxu puncti: nonnulli γραμμὴν μέγεθος ὑφ' ἓν διαστατὸν nominant, magnitudinem vno contentam interuallo. Euclidis tamen definitio perfectior est, essentiam & substantiam lineæ explicans. Possumus autem lineam hoc modo cognoscere, si longitudines parietum, aut itinerum spatia dimetiamur, quia tum neq; latitudinem, neque craßitiem subiungimus, sed vnicam consideramus distantiam, sicuti cum metimur prata, & campos, videmus ipsam tantum superperficiem, id est, longitudinem & latitudinem tantum eius loci, vel agri. Cùm verò puteos, tũ est solidum, quia omnes distantiæ, omniaq; interualla ibi coniunguntur: dicimus enim longitudinis, latitudinis, profunditatis ipsius putei, tantum vel tantum esse spatium, melius tamen cognoscemus lineam, quando obseruamus quomodo lucidum ab obscuro, illuminatum ab obumbrato distinguatur.

Εὐθεῖα.) Duæ simplicissimæ, ac præcipuæ linearum species sunt, recta & circularis: reliquæ omnes sunt mixtæ: & vel in superficiebus planis, vel in corporibus solidis considerantur. Plato lineam rectam definit sic: εὐθεῖα γραμμή ἐστι, ἧς τὰ μέσα τοῖς ἄκροις ἐπιπροσθεῖ: cuius media obumbrant extrema: quod licet videre in Eclipsi Solis, quando in vna linea recta sunt Sol, Luna, & oculus noster, Luna media inter nos & Solem existente. Archimedes definit lineam rectam sic: εὐθεῖα γραμμή ἐστιν ἐλαχίστη τῶν τὰ αὐτὰ πέρατα ἐχουσῶν γραμμῶν. est breuissima earum

rum linearum, quæ eosdem habent terminos. atq; hæc definitio explicat Euclideam, & vicißim illa declarat hanc.

Ἐπιφανεία.) *Post punctum & lineam sequitur superficies, quæ duplici interuallo distat longitudine, & latitudine: caret verò craßitudine: atq; eam ob causam addidit particulam* μόνον.

Ἐπιφανίαι δὲ.) *sicut corpus solidum clauditur, & terminatur superficie, sic & superficies linea finitur, & linea puncto, quod quidē est omnium magnitudinū communis, & simplicißimus, atq; externus terminus.*

Ἐπίπεδος ἐπιφάνεια.) *Omnis superficies vel est plana, vel circularis, & sphærica. vnam igitur geometra delegit, eamq; definit, nempe planam. possunt ei etiam congruere definitiones lineæ rectæ supra positæ: in hac autem plana superficie nos tanquam in aliquo subiecto contemplamur figuras, & figurarum affectiones. nam in plana superficie nos ducimus lineas rectas, circulares, & figu-*

ras

tas omnis generis: item linearum, circulorũ & figurarum ſectiones, contactus, applicationes angulorum, conſtitutiones, & quicquid harum eſt rerum: ſed planam ſuperficiem idcirco elegit, quoniã in alijs ſuperficiebus iſta omnia non poſſunt ita intelligi aut deſcribi, quemadmodum in plana. Vocat itaq; hic planum id, quod nobis ante oculos eſt poſitum, & in quo mente atq; cogitatione omnia deſcribimus, & delineamus, atq; firmis rationibus confirmamus.

Επίπεδος γωνία.) *Genus definitionis eſt* κλίσις, *inclinatio: locus autem in quo deſcribitur angulus, eſt* τὸ ἐπίπεδον, *planum ipſum: ortus verò eius eſt, quòd ad minimum duæ debẽt eſſe lineæ rectæ: ſicuti in ſolido angulo lineæ tres: deinde illæ duæ lineæ rectæ debent ſeſe mutuo tangere, neq; ſitæ eſſe in directo, illud enim eſt* ἐπ' εὐθείας, *quando duæ lineæ rectæ ita collocatæ ſunt, vt protractis iſtis lineis rectis, & concurrentibus vna ex duabus fiat linea recta.*

Οταν

Ὀξεῖαν δὲ.) *Enumerat ſpecies ſubſtantiales anguli rectilinei. definitionibus acuti & obtuſi anguli eſt addendum genus, quod ſcilicet vterq; ſit rectilineus, alter maior recto, alter vero recto minor. Verum non abſolute illud eſt ſumendum, quod omnis angulus recto minor ſit acutus, quia ſunt anguli nonnulli etiã non rectilinei, & tamen non acuti: ſicut neq; illud ſimpliciter ſumitur, quod obtuſus ſit recto maior, & idcirco omnes recto angulo maiores ſunt obtuſi, quoniam ſunt anguli recto maiores, qui non ſunt obtuſi.*

Σταθεῖσα.) *Rectam ſuper recta conſtituit in definitione anguli recti, non autem in anguli obtuſi aut acuti deſcriptione: quia angulus rectus eſt angulorum non rectorum menſura: ſicuti æqualitas eſt regula & norma inæqualitatis.*

ἀλλήλαις.) *Poſſunt enim æquales eſſe, ſed ſi inter ſe æquales ſint, neceſſe eſt vt ſint recti.*

Ἐφεξῆς.) *Indicat cauſam rectitudinis, quia ſi anguli contigui inter ſe ſunt æquales,* *rectus erit vterq; illorum æqualium angulorum: nam stans illa recta in neutrum inclinat partem, & idcirco causa est non æqualitatis tãtum, sed & rectitudinis. Traditur verò hic de angulis, qui sunt in vno eodemq; plano, sicuti & perpendicularis non quælibet hic definitur, sed illa tantum, quæ in vno, eodemq; est plano.*

Κύκλος.) *Prima simplicißima, atq; perfectißima figura plana est circulus, vt in corporibus solidis sphæra.*

Σχῆμα.) *quia vno comprehenditur termino.* ἀφ' ἑνὸς.) *sunt enim infinita in circulo puncta, quorum omnium vnum tantum centri nomen & naturam retinet.* Ἐντός.) *ad differentiam eius puncti, quod extra circulum sumitur, & polus dicitur: omnia enim in vno sunt plano. idcirco etiam statim definitionem illius puncti subiungit, vt sciamus nõ polum, sed centrum intelligi.*

Διάμετρος.) *Circulo propriè conuenit: nam ἄξων vel axis est ipsius sphæræ, διαγώνιος*

νιος vero figurarum quadrilaterarum.

ἡμικύκλιον.) Semicirculum inquit circuli diametro & circumferentia comprehendi propter τμήματα segmenta circulorum, quorum alterum μείζων maius, alterum ἔλαττον minus dicitur.

Εὐθύγραμμα.) à figura quæ vno termino ad eam quæ duobus comprehenditur, est progressus: nunc ad alias pergit explicandas: idq; iuxta ordinem numerorũ, binarium, & ternarium, & ita deinceps, quamuis vltra quadrilateras figuras, quæ in elementis locum habent, non progreditur specialiter: verum sub vno vocabulo comprehendit: & eas nominat τὰ πολύπλευρα, multi lateras figuras. Omnis igitur figura rectilinea, vel est trilatera: vel quadrilatera, vel gradatim multilatera: sed non è contra omnis trilatera, quadrilatera, aut multilatera est rectilinea.

Τριπλεύρων. Triangulorum duplex est diuisio: vna per se manifesta, & cognita sumpta ab ipsis lateribus: altera quæ eam subsequitur est propria ab ipsis angulis facta.

Τετραπλεύρων.) Præcipua diuisio quadrilaterarum figurarum hæc est: aliæ dicuntur parallelogramma, aliæ nõ parallelogramma: quæ verò parallelogramma dicuntur: aliæ rectangula, & æquilatera sunt, vt τετράγωνον quadratum: aliæ verò horum neutrũ habent, vt τὸ ῥομβοειδὲς, Rhombi speciem habens. nonnulla verò sunt quidem rectangula, sed non æquilatera, vt τὸ ἑτερομηκὲς, parallelogrammon altera parte longius: deniq; sunt parallelogramma, quæ æquilatera quidem, sed non rectangula sunt, vt est ῥόμβος, Rhombus. Figuræ verò quadrilateræ, quæ non sunt parallelogramma, aut duo tantum habent parallela latera, & sunt τραπέζια, trapezia: aut nulla prorsus parallela latera, & nominantur τραπεζοειδῆ, speciem trapezij habentia. Verum Euclides hanc diuisionem facere non potuit, cum de parallelis lineis aut figuris hisce lineis contentis nulla sit facta mentio: idcirco simpliciorem illam

facit

facit diuisionem τετραπλεύρων.

Καὶ πᾶσαι ὀρθαὶ.) Quidam iuxta Peripateticos volunt hanc propositionem esse αἴτημα, petitionem: alij verò & melius ἀξίωμα pronunciatum. Cum nunc paucis absoluerimus principia: restant propositiones demonstrabiles. omnis enim scientia vel versatur in principiorum explicatione, quas sine vlla demonstratione adhibita recipit: vel in doctrina propositionum earum, quæ ex ipsis demanant principijs: & per ea demonstrantur: quare & nos illas aggrediamur.

De partibus problematis, atque Theorematis.

Propositiones quæ demonstrationem admittunt, suprà duplices constituimus esse: vel enim sunt προβλήματα, problemata: in quibus ea, quæ quodammodo nondum existunt comparare, & constituere proponitur: vel θεωρήματα, theoremata, in quibus id quod iam constitutum est, & in rerum natura existit, cognoscere, & perspicere statuimus. Geometria enim, vt & aliæ ſcientiæ, habet omnes quatuor quæſtiones: an ſit, quid ſit, quale ſit, & quare ſit: de quibus quidem omnibus ſermonem inſtituit ipſa Geometria, vt apud Euclidem videbimus. Omne verò problema, omneq́ theorema, quod ſuis perfectum, & abſolutum eſt partibus, hæc in ſe habet: πρότασιν, ἔκθεσιν, διορισμὸν, κατασκευὴν, ἀπόδειξιν, καὶ συμπέρασμα, id eſt, propoſitionem, in qua eſt δεδομένον, datum, & ζητούμενον, quæſitum: deinde explicationem dati: tertio explicationem quæſiti: quarto delineationẽ: quinto demonſtrationem: ſexto & poſtremo concluſionem totius. Nam in propoſitione quid de re ſubiecta, vel ipſo dato quæratur, proponitur. perfecta enim propoſitio, & datum, & quæſitum habet, quamuis nonnullæ ſint, quæ altero careant: poſtea ἔκθεσις ipſum datum per ſeſe cõſiderat, & ipſo quæſito quaſi præparat & ſtruit viam. διορισμὸς ſeorſim proponit quid de ſubiecto quæratur. Delineatio verò ſolet ea addere, quæ ad inueſtigationem

nem quæsiti pertinent: ipsa autem demonstratio adhibitis certis atque firmis, priusque concessis & affirmatis rationibus id de subiecto dici, quod proponitur, confirmat. tandem facta ipsa demonstratione, conclusio redit ad ipsam propositionem, eamque confirmatam, & demonstratam iam esse colligit: solet verò interdum duplex esse, vna specialis in ipsa delineatione, & demonstratione facta: altera generalis, quæ totam confirmationem propositionis datæ colligit vniuersaliter.

Ex his vniuscuiusque problematis, aut theorematis partib. maximè necessariæ sunt istæ tres: Propositio, demonstratio, & conclusio: reliquæ interdum adhibentur, & id vt plurimum, interdũ non adhibentur, vt in Arithmeticis fit, & in decimo Euclidis libro.

Πρὸς τῇ δοθείσῃ.) Sunt quædam in Geometria, quæ nobis solent in medio demonstrationis cursu occurrere: qualis etiam in hac propositione est πτῶσις, casus. dicitur autem casus nihil aliud esse, quàm delineationis *transpositio, quæ fit propter diuersas positiones. ab hoc casu quædam propositiones dicuntur Græcis ἄπτωτα προβλήματα, problemata quæ caret casu, quando vna tantum est positio, & delineatio, siquidem casus respiciunt ipsam delineationem: quædam verò nominantur πολύπτωτα, problemata multos casus habentia, in quibus aliter atq; aliter fieri possunt delineationes.* Hoc itaq; *secundum problema multos habet casus, varias etiam delineationes. nam cum punctum detur positione, illa fieri potest varijs modis: vel enim ponitur extra datam lineam rectam, vel in ipsa linea recta, & si in ipsa, aut erit alterũ extremorum, aut inter ipsa extrema: & si extra ipsam, aut à latere, ita vt recta protracta à puncto ad datam lineam rectam, angulum faciat, aut è directo.* Euclides *sumpsit casum difficiliorem, & punctum extra lineam rectam datam à latere eius ponit.*

Δοθείσῃ εὐθείᾳ.) *Omne datum vel datur* θέσει, *positione, uel* λόγῳ, *ratione, vel* μεγέθει,

magni-

magnitudine, vel εἴδει, specie. positione tantum datur ipsum punctum, linea verò, & reliqua Geometriæ subiecta omnib⁹ modis. hoc tamen in loco linea recta datur εἴδει specie, est enim linea recta & θέσει positione.

Δύο δοθεισῶν.) In hac propositione lineæ dantur magnitudine: ipsa delineatio multos habet casus, nam aut distat inter se, vt apud Euclidem, aut in vno puncto coniunguntur, aut sese mutuo secant: aut altera alteram in extremo alterius puncto tantum secat: & vel maior minorem, vel minor maiorem, & quicunque eiusmodi fieri possunt casus. veruntamen ad omnes huiusmodi casus Euclidis demonstratio se accommodat.

Ἐὰν δύο τρίγωνα.) Prius docuit trianguli constitutionem, quàm ea explicaret, quæ per se triangulis accidunt: præterea duabus propositionibus ostēdit viam & methodum, qua lineæ rectæ facienda sit alia recta æqualis. altera quidem non existentem facit per σύστασιν, constitutionem, & θέσιν positionem æqualem. altera verò per ἀφαίρεσιν, ablatione, idq́ fecit vt latera lateribus posset æqualia proponere. dantur in hac propositione duo, æqualitas laterum duorum, & angulus angulo æqualis: idq́ datum ratione dari dicitur: quæruntur tria, basis basi, triangulus triangulo æqualis: reliqui denique anguli reliquis angulis æquales.

Εκάτερον ἑκατέρᾳ.) quia aliâs Theorema verum non esset, idcirco nō simpliciter inquit latus lateri æquale, sed alterum alteri. possent enim duo latera simul iuncta duobus simul iunctis esse æqualia: sed non idcirco triangulus esset triangulo æqualis.

Υπὸ τῶν ἴσων.) hoc addidit ne sumeremus basin, nam in triangulis duo latera dicuntur angulum aliquem comprehendere περιέχειν, tertium verò ὑποτείνειν subtendere: nam latera quæ angulis opponuntur è regione, sunt ὑποτείνουσαι πλευραὶ, latera subtendentia, & interdum βάσεις bases dicuntur, quòd tanquam fundamento figura ipsa honitatur latere.

Τρίγωνον.) *Intelligit aream ipſam triangularem, ſeu ſpatium ipſum, quod à trianguli lateribus intercipitur.*

Demonſtratio tota facta ex his duabus propoſitionibus, quæ inter ſe applicata conueniunt: æqualia erunt: & viciſsim. Quæ inter ſe ſunt æqualia: ſi applicentur, conueniet etiam inter ſe.

Τῶν ἰσοσκελῶν.) *Theoremata apud Geometras magnam habent varietatem. alia enim ſunt* ἁπλᾶ, *ſimplicia, in quibus vnum eſt datum, & vnum quæſitum: quorum & data, & quæſita diuidi & ſeiungi non poſſunt. Vt ſi dicat Euclides, omnis triangulus æquicrurus, habet angulos ad baſin æquales. alia compoſita* σιώθετα, *quæ ex pluribus vel datis, vel quæſitis conſtant: vt data ſint plura, & vnum quæſitum: vel plura quæſita, & vnum datum, vel deniq; plura data, & plura quæſita. compoſita ſunt duplicia: quædam dicuntur* συμπεπλεγμένα, *quæ poſſunt in alia*

alia simplicia theoremata diuidi: vt cum dico trianguli, & parallelogramma sub eadem altitudine existentia: eam habent rationem, quam basis ad basin. de vtroque enim, & triangulo, & parallelogrammo seorsim eadem dici possũt. Quædam verò ἀσύμπλεκτα, quæ cum sint composita, in simplicia tamen theoremata diuidi non possunt: quale est præcedens theorema quartum. Est & alia diuisio theorematum, de qua alibi. Hoc theorema ex vtraque parte, dati nempe, & quæsiti compositum est, idcirco etiam distinxit quæ data sint & quæ quæsita.

Ἐὰν τριγώνου.) In hac propositione duo nobis occurrunt explicanda: primum est ἀναστροφὴ τῶν προτάσεων: alterum ἀπαγωγὴ εἰς τὸ ἀδύνατον. Est autem ἀναστροφὴ τῶν προτάσεων, quando ex dato alicuius propositionis, fit quæsitum: & ex quæsito datum. vt triangulus æquicrurus, id est, habens duo æqualia latera: etiam angulos ad basim habet

æqua-

æquales, per ἀναστροφὴν conuersionem sic. Triangulus qui angulos ad basim habet æquales, etiam est æquicrurus, id est, duo habet æqualia latera: nam propositio quinta hic cõuertitur iam dicto modo. Est etiam alia conuersionis ratio in propositionibus compositis obseruata, quæ fit permutatione partium, etsi non omnium, tamẽ aliquarum: vt fit in octaua propositione: quæ cõuertitur cum quarta. Quare notemus hic esse duo genera propositionum: vnum est τῶν προηγουμένων, quãdo id quod natura subiectum est, datur: quodúe illi per se inest, quæritur de eodem: alterum τῶν ἀντιστροφῶν, cum è cõtrario σύμπτωμα seu accidens quoddam datur: et id, cui hoc accidit, in quæstionem adhibetur, vt in his duobus licet videre propositionibus, quinta, & sexta. Proximum est, vt dicamus de ἀπαγωγῇ εἰς τὸ ἀδύνατον, de reductione ad impossibile. sciendum itaq; est, quòd omnis demõstratio mathematica, vel fit ἀπὸ τῶν ἀρχῶν, quæ ab ipsis principijs ad ea, quæ ex his dema-

demanant, progreditur: vel ἐπὶ τὰς ἀρχὰς, dum à re proposita regressus fit ad principia. vtraq; verò est duplex: illa enim vel ex principijs rem propositam confirmat, vel ex rebus antea affirmatis, & concessis: hæc autem vel est θετικὴ, & nominatur ἀνάλυσις, cui opponitur σύνθεσις: vel ἀναιρετικὴ, & dicitur ἀπαγωγὴ εἰς τὸ ἀδύνατον. est autem reductio ad impossibile, quando in aliquod manifestum absurdum, & impossibile desinimus: & cuius contrarium omnes fatentur esse verum: eam quoq; faciunt bifariam: vel enim nos deducit ad ea, quæ principijs, ipsisq; axiomatibus manifestè repugnant, vt si quis sua argumentatione eò deueniat, totum esse æquale parti: vel ad id, quod demonstratis, & affirmatis è directo opponitur: sicuti facit in demonstratione propositionis octauæ. fit igitur reductio ad impossibile, cum id quod quæsito repugnat, accipimus pro vero, & ita progrediendo tandem in manifestum absurdum incidimus: quo deniq; sublato, id confirmamus.

mus, quod ab initio erat propositum, verum esse. Hæc demonstrandi forma syllogismis vtitur hypotheticis, quemadmodum in directis demonstrationibus vtimur categoricis. Hoc in loco Euclides conuersione est vsus in propositionis partibus: deductione verò in ipsa delineatione, ac demonstratione.

Επὶ τῆς αὐτῆς.) *in Geometria, & Arithmetica, vt plurimum sunt propositiones vniuersales affirmatiuæ: verum Euclides hic posuit negatiuam, sed omnibus additamentis ita eam muniuit, & tam certam, atque indubitatam reddidit, vt minimè conuinci posit. quamuis non magnum in Geometria vsum habeat: tamen præcipuè posita est ad confirmandam octauam propositionem.*

Τὴν δοθεῖσαν.) *Angulus hic datur specie tantum: potest enim omnibus quatuor modis dari, nempe positione, cum ad certum quoddam punctum constituitur: forma deinde, vt si ponatur esse rectilineus: ratione verò, quando duplum triplumúe statuo: denique magnitudine,*

dine, si dicam eam esse tertiam recti partem.

Πεπερασμένην.) *Omnis enim linea recta aut est finita ex vtraq; parte, aut ex altera tantum finita, et ex altera infinita: aut deniq; ex vtraq; parte infinita.*

Κάθετον εὐθεῖαν.) κάθετος *perpendicularis etiam dicitur* γνώμων, *& eandem habet naturam cum ea, quæ nominatur* ἡ πρὸς ὀρθὰς γωνίας. *est autem duplex: vna plana, altera solida. plana perpēdicularis est, quando à puncto aliquo ad lineam rectam in eodē plano existentem alia linea recta ducitur, vt anguli contigui sint æquales, quam in hoc loco antea ducere præcipit. solida, quæ in Stereometria consideratur, dicitur quando punctum in alio fuerit plano, & non ad rectam, sed ad aliud planum ducitur linea quædam ad angulos rectos. differunt igitur inter se, quia perpendicularis est in eodē plano, & ducitur ad lineam rectam: solida verò nō in vno eodemq; plano, nec etiam ad rectam, verum ad planum ducitur: deniq; in solida id consideran-*

deran-

derandum, quòd ad omnes quæ in eo sunt plano rectas, non ad vnam tantum, vt plana, debet esse perpendicularis.

Ἄπειρον.) quæ pro nostro sumitur arbitrio satis longa vel breuis, longior vel breuior, vt visum fuerit necessarium esse ad rei demonstrationem.

Κατὰ κορυφὴν.) Differunt anguli ἐφεξῆς, & anguli κατὰ κορυφὴν, quòd anguli ἐφεξῆς contigui fiunt per lineam, quæ alteram non secat: sed anguli κατὰ κορυφὴν per lineas duas sese secantes, sic dicti sunt, quod vertices in vno coniungant puncto.

Ἐκ δὴ τούτου.) Locus hic expostulat vt aliquid dicamus de corollario. in elementis igitur πορίσματα, seu corollaria sunt propositiones, quæ dum aliæ demonstrantur, simul apparent, & manifestæ fiunt, nobis etiam quærentibus, aut inuestigantibus eas. quale est hoc præsens πόρισμα. dum enim proponitur, quod duabus lineis rectis sese secantibus, anguli ad verticem sint inter se æquales, &

firmis demõstratur rationib⁹, in ipsa occurrit nobis demõstratione quatuor illos angulos esse æquales quatuor rectis. Itaq; lucrifecimus per ipsam hanc propositionẽ, hoc πόρισμα. tripliciter verò diuidũtur: primũ enim omne corollarium vel est Geometricum, vel Arithmeticum, vel alterius scientiæ, vt iam dictũ, proprium est Geometriæ. In septimo verò Euclidis libro, propositione secunda, est Arithmeticum. deinde quædam corollaria sequuntur ipsa problemata: quædam verò theoremata: nam in hoc loco theorematis corollarium habemus: verum in libro secundo problematis. tertio alia corollaria sunt demonstrationis directæ, alia vero indirectæ, sicuti hoc præsens porisma natum est ex demonstratione directa: sed in propositione prima libri tertij facta demonstratione per reductionem ad impossibile, nascitur corollarium. possunt & alia porismatum discrimina tradi, nobis tamen hæc monstrasse satis est.

Ἐκτὸς γωνία.) In definitionibus mentionem

nem fecit diuisionis angulorum substãtialis: nunc alia est facienda eorum diuisio per accidens. omnis angulus vel est ἐντὸς, vel ἐκτός. id est, omnis angulus vel est intra ipsam figuram, vel extra eam. deinde anguli quidam sunt ἐφεξῆς, quidam ἀπ' ἐναντίον, id est, contigui, aut oppositi. in triangulis igitur sic se res habet, quando aliquod trianguli latus extenditur: nascitur angulus qui ad ipsam trianguli substantiam non pertinet, & cum extra figuram existat: nominatur externus. Verum ex illis tribus, qui ad triãgulum pertinent: vnus qui ei est proximus, nominatur contiguus, reliqui verò duo oppositi, respectu eius, qui extra triangulum est.

Πάντη μεταλαμβανόμενα.) Est Geometrica phrasis, qua vtimur, dũ volumus ostendere, quouis modo sumi vel latera, vel aliquod aliud Geometriæ subiectũ, aut accidẽs per se.

Explicauit Euclides quæcunque in primis illis elementis poterant dici, de triangulorum constitutione, æqualitate, aut inæqualitate eorundem, aut etiam laterum, & angulorũ: nunc pergit de quadrilateris figuris enarrare ea, quæ ad eorum contemplationem elementarem pertinẽt. Cum verò ex lineis æquidistantibus fiant eiusmodi figuræ: prius earũ proprietates docet, & parallelogramma constituit: postea persequitur doctrinam de figuris quadrilateris, seu parallelogrammis. est autem παραλληλόγραμμον figura quæ circumscribitur lineis rectis æquedistantibus, atq; oppsitis inter se.

Tria itaq; in lineis parallelis sunt consideranda, quæ eis per se insunt, & ita attribuuntur, vt inde cognoscere poßimus lineas rectas esse æquedistantes. Primum est, vt anguli ἐναλλὰξ alterni (qui fiunt per lineam rectam in alias duas rectas incidentem) sint inter se æquales. Alterum, recta linea incidente in duas alias rectas, si anguli interni fuerint duobus rectis æquales, tũ propositæ duæ rectæ sunt æquedistantes. Postremum, Recta linea secante alias duas rectas, si externus angu-

angulus, angulo interno sibi opposito ex eadem parte, fuerit æqualis, iterum erunt illæ rectæ æquedistantes.

ἢ εἰς τὰς.) *Hoc Theorema conuertitur cum ambobus præcedentibus. in demonstratione vtitur propositione, quæ inter principia est relata, sed principium non est.*

Παντὸς τριγώνου.) *Ea quæ decima sexta, & decima septima propositione erant omissa, in hac præsenti addit, & quanto minores sint, explicat, nempe tertio, & huius propositionis maxima est vtilitas.*

Αἱ τὰς ἴσας.) *Hæc propositio finit doctrinam linearum æquedistantium, & incipit parallelogrammorum traditionem.*

Τῶν παραλληλογράμμων.) *Postquam constituit parallelogrammon, inuestigat tria quæ parallelogrammis per se insunt. Primum latera opposita esse æqualia. Secundum, angulos oppositos esse æquales. Tertium, diametrum per medium ipsam secare figuram. Ita fit, vt à lateribus ab angulis, & ab ipsis* *areis proprietates inquirat parallelogrammorum.*

Παρὰ τὴν δοθεῖσαν.) *Tria sunt apud Geometras vocabula:* παραβολή, ὑπερβολή, *&* ἔλλειψις. *cum enim figura applicatur ad lineam rectam, vt neq; excedat, neq; deficiat, est tum* παραβολὴ *applicatio. quando verò excedit* ὑπερβολή, *cum deficit* ἔλλειψις, *atq; in Conicis figuris maximè considerantur ista.*

Ἀπὸ τῆς.) *Videtur Euclides voluisse præstantiores figuras rectilineas describere, in triangulis, eum quem æquilaterum nominamus: in quadrilateris figuris ipsum quadratū.*

Ἀναγράψαι.) *Vtitur hoc verbo, quoniā ab vno latere describitur:* συστήσασθαι *verò est, cum ex multis constituitur.*

Ἐν τοῖς ὀρθογωνίοις.) *In hoc, & sequenti theoremate vtitur* λήμμασι, *id est, assumptiuis propositionibus, vtpote: Quæ ab æqualibus rectis lineis descripta sunt quadrata, illa sunt æqualia inter se. item æqualium quadratorum æqualia sunt latera.*

In qui-

In quibusdam etiam propositionibus vtitur aliis λήμμασι, assumptionibus, quas hic subiungam.

I. Si prima magnitudo fuerit æqualis magnitudini secundæ, & secunda maior sit tertia: erit etiam prima maior quàm tertia.

II. Si prima magnitudo fuerit maior secunda, & secunda sit æqualis tertiæ: erit etiam prima maior quàm tertia.

III. Si prima magnitudo fuerit maior quàm secunda: et secunda maior sit quàm tertia: erit etiam prima longè maior quàm tertia. Sunt & alia huius generis, de quibus aliâs.

FINIS.

Errata.

Pag. 1. linea 19. rectam, lege recta. pag. 2. 9. τὸν ἐντὸς, lege τῶν. pag. 4. 12. τῶν πλευρῶν, lege τῶν τριπλεύρων. pag. 5. 2. quadrilateræ verò, lege quadrilateræ verò quas quatuor, multilateræ deniq; quas. Reliqua si quæ sunt, quiuis facile emendare poterit.